7.spheris. Tertio vtrum isti celi differant s̄m spēm an cōueniāt in aliqua forma specifica. Quarto qd' īportet per ista nōia planetarū. ¶ Circa pmā arguit̄ q a cōcauo orbis lune vsq3 ad cōuexū supreme sphere sit vnū corpus cōtinuū tali rōne. Si celū nō esset vnū corpus continuū: sed per multos orbes distinctū: tūc ad motū vni⁹ nō sequeret̄ motus alterius: cōsequēs est falsū: ergo et antecedēs: falsitas ɔn̄tis est nota declarat̄ ɔn̄tia. Quia primū mobile rapit et trahit secū spheras inferiores ita q s̄m magis et minus appropinquat ad ipsū mouetur velocius et tardius. ergo vt videt̄ nō recipiūt adinuicē distinctionē. ¶ P̄. si nō sit totū vnū corpus continuū. sed per multos orbes distinctū tūc illi orbes erunt cōtigui: et cū cōtigua sint illa quorū vltima sunt simul vt habet̄ gnto physicorū: opz q eorū termini sint simul sine interpositione alicuius corpis medij inter ipsa: et sic adhuc sequeret̄ q totū est vnū corpus indistinctū. ¶ Oppositū: impole est vnū et idē corpus ɔtinuū simul diuersis et oppositis motibus moueri. Sed inferiores orbes septē. s. planetarū mouent̄ et nitunt̄ contra firmamētū s̄m Ptolomeū q̄rto de actibus separatis caplo pmo. ergo nō est vnū corpus cōtinuū. ¶ Dico ad qōnem dimittēdo opiones q ɔtactus pōt itelligi altero duorū modorū. vno modo put est corpalis. alio modo vtute. Dico ergo q pmū mobile nō tangit orbes iferiores cōtactu corpali sicut corpus mouet corpus: sed spirituali prout īsinuat se in eis. ¶ Ad scdm dico q orbes non sunt ɔtinui nec cōtigui. sed est corpus medium iter eos recipiens compressionem s̄m snīam Thebit et Alberti. ¶ Sed dic et melius q celum cōtinuū quo ad lumen: qa vnū lumē per totū diffundit̄. s. solare: sed est cōtiguū quo ad motum: et sic soluūt̄ rationes. ¶ Scdo est dubitatio vtrū actio gubernationis istorū iferiorū depēdeat an a pmo mobili an ab octaua sphera: an ab alijs septē spheris. et videtur q a pmo mobili tali ratione: qa illud quo alijs inest motus ab eo pncipalr est actio gubernationis istorū iferiorū. Sed primū mobile est illud quo alijs inest motus. quare et cētera. minor istius rōnis est nota quia ipsū alijs dat moueri oēs alios regulans in mouendo: maior de mēte phi q̄rto meta. declarat̄ dicētis vnūqdq3 in iis aliorū causa est s̄m q alijs inest actio: q̄re si motus iest alijs pter primū mobile: ergo ab eo pncipali est actio. ¶ Probat̄ q ab octaua spera pncipalr dependat: nam illud excellit aliud in agendo in quo sunt plures excellentie actionis. Sed in octaua sphera sunt plures excellentie actionis: qa intelligentia motus et lumen cū pmū mobile careat lumine. ergo ab octaua sphera dependet potius q̄ a primo mobili. ¶ Probat̄ q a septē spheris tali ratione illud qd formalius est. et pluribus mouetur motibus ab eo est actio pncipalis. Sed septem planete formaliores sunt et plurib⁹ mouent̄ motibus. vt est notum quare ab eis est actio pncipalis. ¶ Dico ad qōnem q sicut est in elementatis: sic et sub quadā similitudine est in celo. Nam forma lz sit principiū actionis: non tn̄ ipsa agit nec etiā mā: sed cōpositū: sic a simili et in celo: lz primū mobile in celo teneat locū forme. vel planete non est vir tn̄ totū corpus celeste cōpositū ex oib⁹ spheris in hec iferiora agit perficit et gubernat. Quia pmū mobile nō posset agere sine lumine et motu orbium aliorū: nec orbes sine pmo mobili: qa si primū mobile non retardaret orbes in motu non fieret pportio tēporū: nec mutarent̄ elnta sepe cū quib⁹ nō staret vita. ergo ipsorū celorū actio est cōis. rōnes vadunt corū vijs. ¶ Tertio est dubitatio vtrū celi sint eiusdē forme vel nature specifice. et videt̄ q sic. Naz Mesalach in libro de sphera mota probat ppositū tali ratione. Aliqua natura cōcludit omnibus orbibus motū circularē: hunc autē nō pūt participare oēs simul nisi per formā eandē. ergo videt̄ q oēs orbes non differant s̄m formā vel spēm. ¶ Ad istā qōnē dico breuiter (vt dicit phs in scdo de celo) q oēs orbes sunt vnius nāe s̄m formā in genere: diuersarum vo nārū s̄m formā in specie: et hoc est inuenire tā in stellis q̄ in orbibus. nā differt opatio Jouis ab operatione Saturni. Cū ergo operatio arguat formā et opa sint diuersa. ergo diuersitas erit formarū. Nā sicut natura elementaris continet quatuor corpora. eorū natura est eadē s̄m gen⁹: sed diuersificat̄ s̄m spēz. Terra nāq3 diuersificat̄ ab aqua: et sic de alijs. Sic etiā nā celestis vt est aggregatū quoddā ex oibus orbib⁹ et stellis dicit̄ vna eēntia s̄m genus: tamē s̄m spēm est diuersa. Et ex hoc soluit̄ ratio Mesalach: quia illū motū circularem participant celestia corpora per eandē formā in genere et non per eandē in specie. ¶ Dico de quarto q planetarū nōia sunt ɔsequētia rebus. Nam Saturnus dicitur a saturitate. quia quicquid dat cū plenitudine tribuit. Nam si in natiuitate alicuius fuerit impeditus in summo dicit miseriā et lachrymabilē paupertatem. Si vo beniuolus et in bona pte circuli maximā tribuit dignitatē: vt dicit Ptolomeus q̄rto de ac. se. Saturnus mirabiles imprimit effectus cū fuerit in sui ppria māsione. ¶ Juppiter pater iuuans vel ter iuuans qz solus extīs iuuat: qa fortuna et amicus nature. Scdo si coniungitur maliuolo mutat nām illius ad bonū. Tertio si cōiugit̄ beniuolo corporalr vel aspectu augmentat eius bonitatem. ¶ Mars a morte dicit̄: qui celeritatē cū impetu dat humanis. ¶ Sol veluti solus lucens qui spiritum irradiat rationis. ¶ Uenus a Uenere qui pulchritudinis est venator et ludus est et letitia mundi nr̄i. ¶ Mercurius a mercede. quia rationalitatis et eloquētie dici⁹ pater. ¶ Luna dicta in lumine vna que cogitatiuā potētiā tribuit creaturis. Si quis ista voluerit cōplete legat eplam quā misi Cancellario Bononieñ. ciuitatis.

¶ Secundum accidens autem diuiditur in spheram rectam et obliquā. Illi enim dicuntur habere spheram rectam: qui manēt sub equinoctiali: si aliquis ibi manere possit. Et dicitur recta: quoniam neuter polorum magis altero illis eleuatur. Uel quoniam illorum horizon intersecat equinoctialem et intersecatur ab eodem ad angulos rectos sphereales. Illi vo dicunt̄ habere spheram obliquā quicūq3 habitāt circa equinoctialē vel vltra.



Illis enim supra horizontē alter polorum semper eleuatur: reliquus vo semper deprimit̄. Uel quoniam illorū horizon artificialis intersecat equinoctialem et intersecatur ab eodē ad angulos impares et obliquos.



¶ In ista parte ponit diuisionem datam secundum accidens: et diuiditur ista pars in duas: quia primo manifestat qui sunt illi qui habent spheram rectam. Et in secundo exponit qui sunt illi qui habent spheram obliquam. secunda ibi Illi dicuntur etc. Dicit de prima quod sphera diuiditur secundum accidens in spheram rectam et obliquam. Illi vero dicuntur habere spheram rectam qui habitant sub linea equinoctiali si ibi aliquis posset manere: et assignat duplicem causam quare isti habent rectam spheram. quia neuter polorum illis magis eleuatur: vel quoniam orizon illorum intersecat equinoctialem: et equinoctialis intersecat orizontem ad angulos rectos sperales. Iuxta quam partem est sciendum quod diuisio ista data per accidens: cum dicit quod sphera per accidens diuiditur in spheram rectam et obliquam dicitur per accidens. s. per aliud: quia ab alio habet quod dicitur recta vel obliqua in relatione ad habitabilem diuersitatem. Oportet vos scire quid appellet auctor angulos rectos sperales. ¶ Circa quod est notandum quod angulus rectus est quem facit linea supra lineam quando contingit illam perpendiculariter. id est quando facit duos angulos ex vtraque parte equales: vt sic ┴ Unde ┴ omnes anguli recti adinuicem sunt equales: vt sic ┴ Obliquus siue obtusus est ille qui maior est recto: vel breuiter angulorum quidam sunt recti et equales. vt sic ┴ Quidam acuti et obtusi: vt sic ∠ Angulus rectus est quando vnus non est maior altero. Angulus obtusus qui maior est recto et acutus similiter se habet. Anguli sphericales dicuntur anguli corporis sphericis: et diuiduntur sicut anguli superficiales in rectos et obliquos. Nam superficiales anguli dicuntur qui in superficie plana describuntur: quorum quidam sunt recti: et quidam sunt obliqui: vt dictum est. ¶ Illi dicuntur etc. In parte ista notificat qui sunt illi qui habent spheram obliquam qui habitant citra vel vltra equinoctialem: et assignat causam duplicem: quia alter polus magis illis eleuatur super orizontem et reliquus semper deprimitur. assignat alias causam: vel quia illis orizon artificialis intersecat circulum equinoctialem ad angulos sphericales et obliquos. ¶ Circa istam partem vt intelligatis est duplex dubitatio. Primo vtrum sit ponere spheram rectam et obliquam. Secundo vtrum locus sub equinoctiali linea sit habitabilis. Et primo videtur quod non sit dare spheram rectam nec obliquam: quia vnius sphere vnus debet esse orizon tantum sicut et vnus zodiacus et vnus equinoctialis. Et sic de alijs circulis. Sed sphera continens totum vniuersum est vna: alioquin esset actu ponere plures mundos quod improbatum est penitus. Cum ergo non sit nisi vnus orizon non erit ponere nisi vnam spheram. s. rectam: non autem obliquam: sed orizon est terminatio visus et circulus diuidens medietatem celi visam a medietate non visa. Unde quot sunt loca diuersa super terram tot sunt orizontes: sed cuilibet orizonti respondet sphera sua licet non secundum realitatem: sed secundum rationem quare cum orizon sit in omni parte obliquus vel rectus. ergo erit ponere spheram rectam vel obliquam. ¶ Dicendum est ad questionem vna cum Ptolomeo et Mesalach in libro de virtute motoris qui ponunt duplicem orizontem. s. artificialem et rationalem. Est autem orizon artificialis dimidium sphere per visum comprehensum. Rationalis vero est dimidiatio sphere totius que intelligitur diuidi superficie secante centrum terre et extensa per quatuor puncta orientis: occidentis: aquilonis: et meridiei. Et ab hoc orizonte dicitur sphera recta. a primo. s. artificiali dicitur obliqua. Cum igitur sphera totius vniuersalis sit vna tantum sicut patet ex predictis: et orizon ipsius est vnus: orizon obliquus est multiplex: eo quod secundum diuersitatem habitantium et partes et loca diuersa diuersificatur orizon obliquus. patet quod cum in sphera numero secundum substantiam est vna et secundum rationem plures: propter quod et diuisio sphere in obliquam et rectam dicitur per accidens. ¶ Ad formam rationis cum dicitur vnius sphere secundum substantiam non potest esse nisi vnus zodiacus et vnus equinoctialis. similiter nec nisi vnus orizon. Dico quod verum est rationalis vel naturalis. artificialis multiplex respectu hominum ipsam terram diuersimode habitantium. ¶ De secundo queratur vtrum locus sub equinoctiali linea sit habitabilis. Et videtur quod non: quia radius incidens aliquem perpendiculariter in seipsum reflectitur. Sed cum radius reflexus in seipsum causet adustionem: et in parte illa perpendiculariter in seipsum reflectatur. quare adustio erit ibi. et per consequens inhabitabilis erit. ¶ In oppositum est Ptolomeus in quadripartito libro 2° capitulo secundo. vbi tractat de proprietatibus illorum qui habitant in medio mundi. et subdit quod animi eorum et qualitates domestice sunt et suaues. ¶ In oppositum est Auicenna primo canone fen prima. primo capitulo de complexionibus dicens quod ibi aer non alteratur alteratione sensibili: sed semper eorum complexionibus est consimilis: et probatur ratione. Quia sicut habetur in 2° de generatione solis in obliquo circulo per accessum est causa generationis. per recessum est causa corruptionis. ergo vbi sol equaliter accedit et recedit. ibi oportebit esse potissimam habitationem: quia radix habitationis est equalitas: sed hec est sub equinoctiali. quare etc. De ista questione istud non teneo pro veritate: sed latius si deo placuerit disputabo.

¶ Que forma sit mundi.



Uniuersalis autem mundi machina in duo diuiditur in etheream scilicet et elementarem regionem. Elementaris quidem alterationi continue peruia existens in quatuor diuiditur. Est enim terra tanquam mundi centrum in medio omnium sita: circa quam aqua: circa aquam aer: circa aerem ignis illic purus et non turbidus orbem Lune attingens: vt ait Aristotiles in libro metheororum: sic enim ea disposuit deus gloriosus et sublimis. Et hec quatuor elementa dicuntur que vicissim a semetipsis alterantur corrumpuntur et regenerantur. Sunt autem elementa corpora simplicia: que in partes diuersarum formarum minime diuidi possunt. Ex quorum commixtione diuerse generatorum species fiunt. Quorum trium quodlibet terram orbiculariter vndique circundat: nisi quantum siccitas terre humori aque obsistit ad vitam animantium tuendam. Omnia etiam preter terram mobilia existunt: que vt centrum mundi pon-

derositate

derositate sui magnum extremorum motum vndiqʒ equaliter fugiens rotunde sphere medium possidet.

POstq̄ auctor in superiori capitulo tractauit de principijs huius scientie. videlicet quid sit sphera: quid axis: & quid polus. diuidens spheram fm accidens & substantiam. In isto caplo determinat de natura vlis: & de suis partibus: & de alijs accidentibus in gnali in se. Scdo in speciali de suis primis ptibus & extremis. scda pars incipit ibi. Qd aūt totū celū voluat &c. In pma pte pōit diuisionē vniuersi. Et in scda ꝓsequit mēbra dicte diuisionis. scda incipit ibi. Elementaris quidē &c. In prima determinat de elementari: & in scda de etherea. scda ibi. Circa vo elementarē &c. Adhuc in pma tractat de partibus & natura: & de situ partiū & ordine elementaris in generali. & in scda declat quare dicunt elnta & quid sint. tertio de forma & situ & nā coꝝ in spāli. scda ibi. Et hec quatuor elemēta &c. tertia ibi. Quorū trium &c. Dicit de prima parte ꝙ tota & vniuersalis machina diuiditur in ethereā. i. in quintā essentiā: & in regionē elementoꝝ. ¶ Circa istā partē debetis itelligere ꝙ ether dicit duobus modis. quoddā est inflāmās & īflāmabile: vt ignis quoddā est inflāmabile & non inflāmās: vt aer quoddā nec inflāmans nec inflāmabile vt celum. Et de isto itelligit hec. s. de celo. ¶ Elementaris &c. Hic declarat mēbrum predicte diuisionis: & dicit ꝙ elementaris machina subiecta est continue transmutationi que diuidit in quatuor elemēta: quia terra est tanqʒ centrum in medio posita: circa quā est aqua. circa aquā est aer: cir a aerem est ignis: ille purus non turbidus attingens concauum orbis lune: vt dicit Aristo. i libro metheo. sic disposuit deus sublimis & gloriosus. ¶ Et hec quatuor elnta &c. In ista pte ondit q̄re dnr elta: & qd sint. Et dicit ꝙ elta dnr q̄ adinuicem alterant & corrūpunt & gnant: & ponit diffonē ipsoꝝ dicens ꝙ sunt corpora simplicia que non possunt diuidi in partes diuersaꝝ formaꝝ ex commixtione quoꝝ diuerse fiunt species generatorū. In ista vo lectione non dilato spiritū meū: quia intēdo legere astrologiam ad quā electus sum & non phi mi. Unde dicit ꝙ elementa non fuerūt nisi quatuor. & quō alterant & corrumpunt alibi dictū est. Deinde cum dicit. ¶ Quorum trium &c. Hic ponit situm formā & nām istorū: & dicit ꝙ quodlibet istorū triū. s. aeris aque & ignis circūdat terrā circulariter: nisi quātū siccitas terre resistit humiditati atqʒ ad vitā animaliū cōseruandaʒ. Et subdit ꝙ oīa preter terrā mouent: que. s. terra sui grauitate motū magnū vndiqʒ equaliter fugiens mediū rotunde sphere possidet. ¶ Circa istaʒ lectionē est multiplex dubitatio. Et primo vtrū elemēta habeant figurā. Scdo vtrūʒ terra sit in medio. Tertio quare rotūditas aque deficit potius q̄ʒ in igne aere & terra. De primo arguo ꝙ elementa non sint figure orbiculares: sed recte tali ratione motus eius sequit formā. Et fm ꝙ habet q̄rto celi & mundi graue vel leue quantū dat sibi de forma: tātū dat sibi de motu & loco: & de alijs que consequunt ad ipsam formam & figura sequitur ipsam formam perfectam & cōpletam. Cum ergo motus elementorū sit rectus: mouentur enim grauia deorsum per lineam rectam: leuia eodē modo sursum. Ergo videtur ꝙ figura corum sit recta. ¶ Preterea elemēta cum sint in potentia ad mixtum nō retinent formas suas in actu: alioquin non conuenirent ad constitutionē mixti. ergo nō possunt retinere aliquā formam: & sic nec orbicularem. ¶ Oppositum: celū vt probatum est a Ptolomeo & Aristo. est rotundū. sed locus & locatū in superficiebus adequantur: vt patet de aqua in vase: & de alijs oībus. ergo corpus contentū a cōcauo orbis lune oportet esse orbicularē. ¶ Uado ad formaz rationum ad quā dicendū est ꝙ elementa non habent formā perfectā & completā. nā lʒ habeant quandaz formā materialē figura sequit talem formā. ideo cū elemēta careant tali forma non habēt figurā aliquā naturalē que ex se debeat eis lʒ ex motu coꝝ per se sint rotunditatis orbicularis. ¶ Ad scdm dico ꝙ ratio illa cōcludit de elemento in quantū est mobile ad mixtum. & sic non habet figuram naliter: non autē de elemento prout est mobile ad vbi. ¶ Scdo est dubium vtrum terra sit in medio celi. Et videt breuiter ꝙ non: quia corpus grauissimum est corpus terre. ibi nō sustentat ab alio. ergo cū sit corpus grauissimum videt ꝙ debeat cadere vel stet ibi per violentiā. ¶ Ista est ratio laicorū. Et quidā noster Esculanus sepe facit istam qōnē cum matre sua: vt cōuicine pauperrime de ipsius scīa admirentur. Iccirco istam qōnem soluere non sum dignus. ¶ De scdo ꝙ queritur quare ista orbicularitas defecit in aqua potius q̄ʒ in alijs elntis. Dico ꝙ nā nihil frustra facit et semꝑ qd est melius operat. cum fecit hoīem: cuius gratia oīa sunt facta. dimisit illā partē terre discopertā: vt hoīes & alalia cōseruarentur in esse. De isto passu multe sunt opiones. quas ꝑpter breuitatem omitto. Sed istud est veritas quia deus per sui potētiaʒ fecit vt scribitur. congregentur aque que sub celo sunt. & terra fiat arida &c.

CIrca elementarē quidem regionem etherea regio lucida a variatione oī sua immutabili essentia immunis existēs motu continuo circulariter incedit: & heca philosophis quinta nuncupatur essentia. Cuius nouē sunt sphere sicut in proximo pertractatum est: scilicet Lune Mercurij Veneris Solis Martis Iouis Saturni Stellarū fixarum & celi vltimi. Istaꝝ autē quelibet superior inferiorem spherice circundat.

POstq̄ Auctor in superiori pte tractauit de regione elementari, In ista parte tractat de regione celesti. Et diuidit ista pars in partes tres. Nam in prima tractat de natura & motu ipsius simul et in scda ex quibus spheris componitur. & in tertia de modo continentie spherarū. scda ibi. Cuius nouem sunt sphere &c. tertia ibi. Istarum autē quelibet &c. Dicit de prima parte ꝙ supra elementarē regionē est etherea lucida. id est totum corpus celeste compositum ex omnibus spheris que ab omni mutatione & peregrina impressione per suā essentiaʒ stat immutabilis. & mouetur motu cōtinuo circulariter: & ista vocatur a phis essentia. Subaudi quia non est essentie terrestris. nec aquee nec aeree nec ignee. ¶ Cuius nouē sunt &c. Dicit ꝙ nouem sunt sphere ex quibus ista quinta ēētia componit sicut dictū est. s. sphera Lune. sphera Mercurij: Ueneris: Solis. Martis. Iouis: Saturni Stellaꝝ fixaꝝ: & sphera primi mobilis siue none sphere. ¶ Circa istam partē debetis notare ꝙ Auctor incepit a computatione spherarum a sphera lune & non a primo a nobili & ratio fuit ista: quia tota virtus quinte ēētie virtualiter reperitur in luna vt dicit Hippat... in libro detrimenti nature: & propter hoc potestis soluere primo qd a me querebāt multotiens Esculani dicētes quare ho-

Bibliotheca Universitaria Sevilla

minus estiment Lunam potius q̄ Solem vel Jovez cuȝ Sol sit nobilior Luna. Respōdetis q̄a sicut dicit Ptolomeus quarto de ac. se. Luna est sicut subiectum. Alij planete sunt tāq̄ȝ forme. Unde sicut in subiecto est virtus forme ⁊ forma sic in Luna est virtus omniū planetarū ⁊ aliarum stellarū. quia primū mobile imprimit virtutem suam in octauā sphērā octaua sphera in spheram Saturni. Saturnus in spheraȝ Jouis. Juppiter in spheram Martis. Mars in sphērā Solis. Sol in spheraȝ Veneris. Venus in spheraȝ Mercurij. Mercurius in Lunam: ⁊ hic est tactus celi vlterius Luna cū omnibus influentijs agit in elementa. elementa alterant complexiones. complexionibus alteratis alterātur anime que in nobis sunt: quia anime consequunt̄ corpora: vt dicit philosophus in principio sue physionomie ⁊ iste influentie quas recipit Luna dicuntur influentie communes. Recipit autem influentias speciales sicut per aspectus stellarum vel per coniunctiones: ideo dicebat Hegel habeto ergo Lunā significatricē oīuȝ reruȝ q̄ȝ sanitas illius est sanitas oīs rei ⁊ detrimentū ipsius est detrimentum totius nature. Dicit Hermes primo de sp̄e. ⁊ de lu. ⁊ Hippocras primo pnosticoꝝ. est quoddā celeste sidus in quo medicum prendere oportet: cuius si tanta fuerit prudētia admirabilis minime erit per tale sidus vel signum intelligit ipsam lunam prout ipsa recipit dispositiones omnium planetaꝝ quia generatio ⁊ corruptio germinat in terrenis. De alijs proprietatibus Lune ⁊ aliarū stellarum tractabo cum expositiones faciam super alios libros astrologie: sed hic ista sufficiant. ¶ [Istaꝝ aūt ⁊c.] Dicit q̄ quelibet istarum spherarum circūdat circulariter inferiorem. s. Lunam: vel inferiorem scilicet elementarem regionem. Deinde cum dicit.

¶ Quaruȝ quidem duo sunt motus. Unus est enim celi vltimi super duas eius extremitates: scilicet polum arcticum ⁊ antarcticum ab oriēte per occidentem in orientē iterū rediens: quē equinoctialis circulus per mediū diuidit. Est etiam alius inferiorū spherarū motus per obliquum huic oppositus super axes suos distantes a primis. xxiij. gradibus: ⁊. xxxiij. minutis. Sed primus oēs alias spheras secum impetu suo rapit infra diem ⁊ noctem circa terram semel: illis tamē cōtra nitentibus: vt octaua sphera in centum annis gradu vno. Hunc siquidez motum secundum diuidit per medium zodiacus: sub quo quilibet planetarum spheram habet propriā in qua defertur motu proprio contra celi vltimi motū: ⁊ in diuersis spatijs temporū ipsum metit̄: vt Saturnus in. xxx. annis Juppiter i. xij. Mars i duob⁹. Sol in. ccclxv. diebus ⁊ sex horis fere. Venus ⁊ Mercurius fere sic. Luna v̄o in. xxvij. dieb⁹ ⁊ octo horis.

¶ In ista parte tractat de motu ⁊ diuiditur ista pars in partes duas. nam in prima ostendit spherarum duplicē motum primo de motu primi mobili exequendo. Secundo de motu aliarum spherarum. Secunda pars incipit ibi [Est autem alius inferiorum ⁊c.] Adhuc ista diuiditur quia primo ostendit motum aliarum spheraruȝ eē oppositum motui primi mobilis. Et in tertio ostēdit potentiam primi motus: ⁊ per cōsequens motum accidētalem aliarum spherarum ⁊ diuisionem octaue sphere a zodiaco ⁊ quomodo planete peragrant ipsum in diuersis temporibus. secunda ibi [Sed primus omnes ⁊c.] tertia ibi [Hunc siquidem scdm ⁊c.] Dicit de prima q̄ duo sunt motus spherarum: vnus est firmamenti id est primi mobilis super duas extremitates axis id est lineę imaginate de polo ad polum: ⁊ iste motus est ab oriente in occidens quem scilicet motum equinoctialis diuidit per medium ⁊ hic est. ¶ Circa istam partem vos iuuenes duo debetis notare. Primuȝ est q̄ motus primi celi est ab oriente in occidentem ⁊ semper iste motus est vniformis. Alij v̄o celi mouentur ab occidente in orientem contra istum motū: ⁊ dicitur iste motus naturalis. Alius motus eoruȝ est accidētalis: vt quia raptu primi mobilis mouentur ab oriente in occidentem circa terram semel. Exēpli grā imaginamini vnam rotaȝ volui ⁊ formicam contra motum rote moueri motu nāli mouebit̄ formica duplici motu. s. nāli ⁊ motu rote: ⁊ accidētali. s. motu rote. sic g̃ accipite sile ⁊ in celo. ¶ Scdȝ notate q̄ motus primi celi equinoctialis circulus diuidit per medium vt patet in sphera: ⁊ iste equinoctialis dicitur tripliciter. scilicet equinoctialis equator diei ⁊ dicitur cingulus. Dicit̄ equinoctialis quia Sol attingens puncta: scilicet ipsius Arietis ⁊ Libre fit equinoctium per vniuersam terram. Dicitur equator diei quia diem equat cum nocte vt supra dictum est. Dicitur cingulus quia sicut cingulus vel corrigia diuidit corpa per mediuȝ sic iste equinoctialis diuidit totum celum in duo equalia. quia equaliter distat a polo arctico et antarctico. vt patet in sphera. ¶ [Est alius inferiorum ⁊c.] Ponit motum naturalē aliarū spherarū ⁊ dicit q̄ est alius motus aliarū spheraꝝ a motu primi mobilis. quia motus aliarum est oppositus motui primi: ⁊ iste motus est super polos distantes a primis polis p̄ vigintitres gradus. ¶ Circa istaȝ partem est dubitatio. Utrū motus cōtrarius sit in celo. ⁊ videt̄ q̄ non tali ratione. Quorūlibet motuuȝ contrarietas est a compositione contrarioꝝ ergo in quibus non est compositio contrariorū nec contrarietas motuū. sed in corporibus celestibus nihil est contrariuȝ nec in eis est contrarioꝝ compositio quare ⁊c. Maior huius ꝑpositionis est nota: declaratur minor de mente philosophi primo celi ⁊ mundi: qui dicit q̄ motui simplici ⁊ circulari nihil est contrarium: ⁊ vocat motum simplicem motum totius celi quare in celo non erit dare contrarium motum. ¶ Juxta q̄d est intelligendū ꝑpter solutionem rationis. quia cum motus terrestrium dependeant a celestibus vt a causa qui motus sunt varij ⁊ diuersi ⁊ celum agat per motum ⁊ lumen: et sic regulat et gubernat quare vt esset a causa conseruationis effectuū diuersorū oportuit ipsum varijs ⁊ diuersis motib⁹ moueri. Tamen in istis motibus non est cōtrarietas vera: sed est quodāmodo. Unde cum dicitur: motus celi sunt contrarij. id est cōtra euntes quia vadūt iferiores sphere contra primum mobile. que contrarietas est quedaȝ motus proportio vt planete sub signis radient tempore mensurato vt inde obseruetur essentia inferiorū. Unde ad formam rationis cum dicitur quorūlibet motuū ⁊c. Dico q̄ ratio ista concludit in motu recto et non in motu circulari. quia motus rectus est a compositione cōtrariorū. motus circularis non est a compositione ꝯtrariorum. quare ⁊c. ¶ [Sed primus ⁊c.] Dicit q̄ motus primi mobilis omnes alios suo impetu rapit infra diem ⁊ noctē circa terram semel. tamen inferiores contra nituntur motu naturali: et isto motu peragrant zodiacum vt

octaua

octaua sphera in centum annis gradu vno. ⁊ hoc est qđ dicit. ¶ Juxta qđ est itelligēdū ꝙ de motu octaue sphere est multiplex opinio. Quidā insani capitis dicunt ꝙ non debemus addere aliquid ꝑpter motū octaue sphere: quia non est error sensibilis et ista opinio est digna risu. Alij credunt ꝙ mot⁹ iste fiat vltra ⁊ vltra ꝓcedēdo sicut motus planetarū. id est a primo gradu Arietis in scđz ⁊ tertiū ⁊ quartū ⁊ quintū. Et sic per oīa signa peragraret aliquā stellā per multa tēpora. Unde dicebant ꝙ sicut luna in vigintiseptez diebus ⁊ octo horis faciebat cursum suum. Saturnus in triginta annis ita ⁊ stelle fixe siue octaua sphera totū peragrant ȝodiacum in trigintasex milibus annorū ⁊ istius opinionis fuerūt Ptolomeus Albumasar ⁊ Alphagranus. Unde vn⁹ posuit motum octaue sphere quinquagintaquinque. scđa per annū ⁊ sic vniformiter ⁊ equaliter in eternū. alius posuit triginta sex scđa in vno anno. Sed ista est opinio vera istius motus et motus iste non vniformis est nec procedit vltra decez gradus ad plus. Sed tūc quelibet stella circuendo reuertit̄ ad locum suum. Exēpli grā qñ fuit initium arietis in septētrione eqnoctialis ⁊ ȝodiaci: stella que tunc fuit in medietate latitudinis ȝodiaci in q̄nto gradu Arietis egressa est de linea que est in medietate ȝodiaci ⁊ ascendit supra paruū ⁊ parū circulariter mouebat̄ quasi in circulo cuius cētrū erat in ipsa septione ascendit itaqȝ illa stella ad superiorez partem illius parui circuli. ⁊ postea descendit de illo paruo circulo ⁊ reuersa est ad mediam lineā ȝodiaci ⁊ ex illa parte in plaga australi. Tunc descendit illa stella sub linea illa ⁊ sic peragrando illum circulum totum reuersa est ad locum priorem vnde exiuit: et isto motu mouentur omnes alie stelle. Et hoc nihil aliđ est nisi ꝙ sphera stellarum voluitur super duo puncta que poli dicunt̄: qui poli non sunt bene firmi aut fixi: sed turbant ⁊ inclināt̄ ⁊ eleuantur sicut barcha in mari. Hijs vō dictis respice ad figuram. ¶ Nunc siquidem ⁊c̄.] Dicit ꝙ motū scđm scilicet octaue sphere ȝodiacus diuidit ꝑ mediū: sub quo ȝodiaco quilibet planetarū habet spheram propriam in qua mouetur proprio motu ⁊ in diuersis spacijs temporum complet cursum suum vt Saturnus in triginta annis. Juppiter in duodecim annis. Mars in duobus. Sol in trecentum sexagintaquinque diebus ⁊ sex horis. Uenus Mercurius fere in eodez tempore cū Sole. Luna in vigintiseptē diebus ⁊ octo horis: et hoc est qđ dicit. ¶ Juxta qđ est intelligendū ꝙ ȝodiacus diuidit octauā spherā ⁊ sub ipso ȝodiaco mouent̄ omnes planete motu naturali. vt patet in sphera: qui vō ȝodiacus triplici nomine nūcupatur videlicet circulus obliquus. Zodiacus ⁊ signifer. Uocatur ab Aristotile scđo de gñatione. obliquus circulus dicit ꝙ fm accessum et recessum planetarum per circulum obliquū ⁊ ȝodiacū fiunt generatiōes ⁊ corruptiones. Uocatur ȝodiacus a ȝoe quod est vita quia per motum planetarum sub ipso est vita omnibus inferioribus. Uocatur signifer quasi signa ferens quia in eo sunt signa vt aries ⁊ cetera.

¶ De celi reuolutione.

Quod autē celum voluat̄ ab oriēte in occidentem signum est. Stelle que oriuntur in oriēte: semꝑ eleuant̄ paulatim ⁊ successiue quousqȝ in mediū celi veniant: ⁊ sunt semꝑ in eadez ꝓpinquitate ⁊ remotione adinuicē: ⁊ ita semꝑ se habentes tendunt in occasuz cōtinue ⁊ vniformiter. Est ⁊ aliud signū. Stelle q̄ sūt iuxta polū arcticū: que nobis nunq̄ȝ occidunt mouent̄ cōtinue ⁊ vniformiter circa polū describēdo circulos suos: ⁊ semꝑ sunt in equali distantia adinuicem ⁊ propinquitate. Unde per istos duos motus cōtinuos stellarum tam tendentium ad occasum q̄ȝ non: patet ꝙ firmamentum mouet̄ ab oriente in occidentem.



Ostenso supra de numero partium vniuersi ⁊ de ordine motu situ ⁊ figura. In ista parte est Auctoris itentio tractare de primis et extremis partib⁹ vniuersi: videlicet de celo ⁊ terra. Et diuidit̄ ista pars in ꝑtes duas. Nam in prima ostendit celum moueri ⁊ habere formā rotundam: ⁊ in scđa de terra. scđa ibi [Quod autem terra sit rotunda ⁊c̄.] Nam primo dat intentum. Secūdo declarat per aliud signum: ⁊ in tertio concludit. scđa ibi [Est aūt aliud signū.] tertia ibi [Unde per istos ⁊c̄.] Dicit de prima ꝙ celum moueat̄ de oriente in occidentem est istud signū. quia stelle que oriuntur in orientez eleuantur paulatim ⁊ successiue quousqȝ veniāt ad medium celi ⁊ semper sunt in eadem ꝓpinquitate ⁊ remotione adinuicem. Et ita semper se habētes tendunt vniformiter ad occasum: ⁊ hoc est qđ dicit. ¶ Circa istam partem est vna breuis dubitatio. Et primo vtrū celum moueatur: ⁊ videt̄ ꝙ non ista ratione. Nobiliori corpori nobilior debetur dispositio. Sed nullum corpus nobilius est corpore celesti: quare ⁊c̄. Sed quies est nobilior dispositio q̄ȝ sit motus: quare ⁊c̄. maior huius rationis est nota. Declaro minorē. nam quies est nobilior motu inquantū dicit actum. Motus vō dicit potētiā: quia motus est actus entis in potentia. ergo debet̄ celo quiescere potius q̄ȝ moueri. ¶ Ad questionē dico breuiter. q̄a sententia est cōmunis ꝙ celum mouet̄. Et motus est ei nobilior dispositio q̄ȝ sit quies: ⁊ est ratio q̄a illud quo agens suū attingit finem: est ei nobilior dispositio q̄ȝ id quo non potest. Sed celum ꝑ motum attingit suū finem qui est conseruare generationē iferiorū: ⁊ per quiescere non posset. quare ⁊c̄. ¶ Ad rationē dico ꝙ simpliciter loquendo quies est nobilior dispositio q̄ȝ sit motus. Nō tamē quoad finem celi: quia finis celi est ꝯseruare actū inferiorū quē non posset consequi per quietē. ergo ei debetur moueri potius q̄ȝ quiescere. ¶ Est autez aliud signum ⁊c̄.] In ista parte dicit ꝙ est aliud signū ꝙ celum moueat̄: quia stelle que sunt iuxta polum arcticū. s. ille septem stelle que sunt perpetue apparitionis que nūq̄ȝ occidunt mouentur cōtinue ⁊ vniformiter circa polum arcticum describendo circulos suos: ⁊ sunt in eadē propinquitate ⁊ equali distantia. ¶ Circa istā partem vos iuuenes duo debetis notare. Primo ꝙ iste septez stelle que semꝑ nobis apparēt non tēdunt ad occasū nec oriūtur. causa est breuitas circuli earū. Scđo vt cognoscatis tramōtanā vbi est sūma celi altitudo. Scire debetis ꝙ supra istas septem stellas que dicunt̄ plaustrū sunt due stelle magne ⁊ eiusdem quātitatis que vocant̄ duo fratres: ⁊ sūt de natura Mercurij ⁊ formalr agūt vt Mercurius: ⁊ super istas duas stellas est tramontana que declinat potius ad palledinē q̄ȝ ad rubedinē: ⁊ circa ipsaz sunt infinite stelle: ⁊ melius apparet cū luna non fuerit.

supra orizontez. ¶ Unde per istos duos ⁊c.] Dicit ꝙ per istos duos motus continuos stellarũ tã tendẽtiũ ad occasum subaudi que oriunt̃ ⁊ occidunt: tũ nõ tẽdentium subaudi de septem stellis que sunt prope polũ: patet ꝙ firmamentũ mouet̃ ab oriente ĩ occidẽs: ⁊ h̄ est qđ dr̃.

¶ De celi rotunditate.

Quod autẽ sit celum rotundũ: triplex est ratio: similitudo: cõmoditas: ⁊ necessitas. Similitudo enim: quia mundus sensibilis factus est ad similitudinem mundi archetypi: in quo non est principium neqȝ finis. Unde ad huius similitudinẽ mundus sensibilis habet formã rotundam: in qua non est assignare principiũ neqȝ finem.

Postq̃ȝ auctor in superiori parte ostẽdit celũ esse mobile de oriente in occidens per duo signa. In ista parte ostendit celũ esse rotundum. Et diuidit̃ ista pars in partes duas: et in p̄ma dat intentũ: ⁊ in scđa prosequit̃. scđa ibi [Similitudo ⁊c.] Et hec pars diuidit̃ in partes quatuor. Nã in p̄ma ostendit rotunditatẽ celi per siĺitudinem. Scđo per cõmoditatez. Tertio per necessitatem. Quarto per auctoritatez. scđa incipit ibi [Cõmoditas.] tertia ibi [Necessitas.] q̃rta ibi [Dicit Alphagranus.] Dicit de p̄ma parte ꝙ aũt ipsum celum sit rotundũ: triplex est ratio. Prima est siĺitudo. alia est cõmoditas. et tertia est necessitas. ¶ Juxta qđ est intelligendũ qđ dicit ꝙ est ratio triplex ꝙ celũ sit rotundũ: dicit ꝙ est siĺitudo: q2 similitudo istius mũdi ante secula erat in mẽte diuina: sicut species future domus in domificatore. Sed cũ in p̄sentia dei sit illud qđ est excellentius ⁊ qđ est nobilius: ⁊ qđ est cõmodius ⁊ magis necessariũ ad causandũ: ergo similitudo istius mundi sensibilis ante eius creationez erat vna causa ꝙ celũ deberet esse sphe rice figure. Sed illud qđ est in presentia diuina sub forma prepositi necessario euenit q̃uis talis presentia nõ imponat necessitatẽ in humanis: vt Theologi dicunt. Cõmoditas est alia rõ q2 deus ⁊ natura: ꝙ melius est operatur. Unde cũ in prouidẽtia sua in qua nõ cadit error vidit ꝙ celum debebat oĩa cõtinere: dedit ei formã q̃ est capacissima figurarũ: ⁊ hec est rotũda. ergo cõmoditas est ratio ꝙ celum sit rotundũ. Necessitas est alia rõ q2 vidẽs diuina natura ꝙ si erat celũ alterius figure: vtputa trilatere vel quatrilatere tunc erat dare corpus sine loco: ⁊ locus sine corpore. vt apparebit infra. ergo similitudo cõmoditas ⁊ necessitas sunt ratio vt celũ eẽt rotunde figure. ¶ Similitudo ⁊c.] In ista parte probat celum esse rotundũ per siĺitudinẽ. ⁊ dicit ꝙ mũdus iste sensibilis factus est ⁊ habuit formã rotũdã. Juxta quã partẽ debetis notare ꝙ mundus iste archetypus dicit̃ illa species istius mundi sensibilis que ante secula erat in mẽte diuina. Et dicitur archetypus ab archos quod est principalis. Et sicut deus non habuit nec p̄ncipium nec finez: sic ista similitudo nõ habuit nec p̄ncipiũ nec finẽ. Scđo debetis scire ꝙ creatio mundi quatuor modis dicit̃. P̄rio anno añ secula, p̄ut vniuersitas mũdi in mẽte diuina ɔcipit̃: que cõceptio siue siĺitudo archetypus mũdus dicit̃. Unde scribit̃ theologice. Qđ factuȝ est in ipso vita erat. Scđo creatio mundi dicit: que ad exẽplũ p̄mi hic sensibilis mũdus mãlis creatur. Unde scribitur theologice. Qui manet in eternũ creauit oĩa simul. Tertio dicit̃ creatio mundi cũ per formas ⁊ species in sex diebus de⁹ fecit opera sua valde bona: vt scribit̃ theologice. Creauit deus celũ ⁊ terrã ⁊ oĩa que ĩ eis sunt. Quarto ⁊ vltimo dicit̃ mundi creatio cũ vnũ eius ab alio separant. vt hoiem ab hoie: arborez ab arbore: vt vnumqđqȝ de sui generis semine nascatur. Sed hic auctor accipit secundo modo.

¶ Cõmoditas quia oĩum corpoꝝ hysoperimetroꝝ sphera maximũ est: oĩuȝ etiã formarũ rotunda est capacissima: quoniã igitur maximuȝ ⁊ rotundum: ideo capacissimum: vnde cũ mũdus oĩa contineat: talis forma fuit illi vtilis ⁊ commoda.

¶ In ista parte probat celũ esse rotundũ per cõmoditatem. Et dicit ꝙ s̄m cõmoditatẽ celũ debet esse rotunduȝ quia corpus rotundũ est maximũ oĩuȝ corpoꝝ hysoperimetrorũ: ⁊ subaudi corporũ que mẽsurant̃ forma circulari: ⁊ forma rotunda est capacissima oĩum figuraꝝ: quia sphericũ est maximũ rotundũ. ideo capacissimũ. Unde cũ mundus cotineat oĩa tali forma est ei vtilis ⁊ cõmoda. Circa istã partez debetis intelligere ꝙ corpus hysoperimetrorũ dicit̃ corpus mẽsurabile mẽsura circulari. Cuius spẽs sunt: sphericũ: columnale: ouale. pyramidale. Sed iter oẽs species sphericũ est magis rotundum: ⁊ per cõsequẽs capacissimuȝ. Aliud debetis scire qđ dicit: ꝙ forma rotunda est capacissima oĩum figurarum. ⁊ videt̃ oculata fide alijs demonstrationibus pretermissis accipite cerã liquidã ⁊ faciatis vnã formã rotundã admodũ schyphi ⁊ impleatis illã aqua ⁊ postea cõseruetis. Et ex eadẽ cera faciatis formã triangularez vel quadrangularẽ: ⁊ sic partẽ cere vt prius extendatis videbitis ꝙ triangularis forma nõ erit capax illi⁹ aq̃.

¶ Necessitas: quoniã si mũdus eẽt alterius forme q̃ȝ rotunde: scilicet trilatere vel quatrilatere vel multilatere sequerentur duo impossibilia. s. ꝙ aliquis locus esset vacuus: ⁊ corpus sine loco: quorũ vtrumqȝ falsum est; sicut patet in angulis eleuatis ⁊ circumuolutis.

¶ In hac parte ostendit celũ esse rotundũ per necessitatem: ⁊ dicit ꝙ ex necessitate mundus debebat esse rotũdus q2 si esset alterius figure: vtputa scilicet triangularis ⁊ quadrãgularis. sequeret̃ ꝙ aut esset locus vacuus: aut sine corpore: aut corpus sine loco: quoruȝ vtrũqȝ est falsum: vt ponit exemplũ in angulis eleuatis ⁊ circumuolutis. Juxta qđ debetis scire vos iuuenes vt itelligatis ꝙ auctor dicit ꝙ si celũ esset trilatere vel quadrilatere vel multilatere: tũc esset locus vacuus ⁊ sine corpore: vel corpus sine loco. Imaginamini celũ esse quadrãgulare: ⁊ extra celũ nõ esse aliquid: cum prima pars celi eleuaretur in loco in quo fuit prius: pars illa eẽt vacua: ⁊ illa pars eleuata esset vbi non esset locus: vt sic loquar ⁊ sic intelligatis.

¶ Jtez sicut dicit Alphagranus si celũ eẽt planũ: aliqua pars celi eẽt nobis p̄pinquior alia: illa scilicet q̃ esset supra caput nostruȝ: igit̃ stella ibi existẽs eẽt nobis p̄pinquior q̃ȝ existẽs in ortu vel occasu



Sed que nobis propinquiora sunt maiora videntur. Ergo sol vel alia stella existens in medio celi maior videri deberet q̃ȝ existẽs in ortu vel

vel occasu: cuius ↄtrariū videmus cōtingere. Maior enī apparet sol vel alia stella existēs in oriente vel occidente q̄ȝ in medio celi: sed cum rei veritas ita non sit. Huius apparentie causa est: ꝙ in tēpore hyemali vel pluuiali quidā vapores ascendunt inter aspectū nostrū ⁊ solem vel aliam stellam ⁊ cū illi vapores sint corpus diaphanū disgregāt radios nostros visuales: ita ꝙ nō comprehendunt rem in sua naturali ⁊






vera quātitate: sicut patet de denario ꝓiecto in fundo aque limpide qui ꝓpter disgregationē radiorū apparet maioris q̄ȝ sue vere q̄ntitatis.

¶ In ista parte probat per auctoritatē Alphagrani. Et diuidit̄ ista pars in partes quatuor. Nā in prima ꝓbat per auctoritatē ipsius Alphagrani. Et in secunda ostendit per rationem. In tertia mouet quoddā dubiū. Et in quarta soluit. Secūda ibi [Sed que ꝓpinquiora.] Tertia ibi [Maior enim apparet sol.] Quarta ibi [Huius causa apparētie ⁊c.] Dicit de ista parte ꝙ Alphagranus dicit ꝙ si celū esset planum: aliqua pars celi esset nobis magis propinqua. vt puta illa que esset supra caput nostrum. Et stella que esset supra caput nostrum deberet maior appere q̄ȝ stella que eēt in ortu vł occasu. ¶ Sȝ que ꝓpinquiora.] In ista parte ponit aliam rationē ⁊ dicit ꝙ illa que sunt magis ꝓpinqua nobis apparerent maiora. Sol ergo existēs in medio celi deberet videri maior q̄ȝ existēs in ortu vel occasu cuius contrariū apparet. ¶ Maior enim ⁊c.] Hic mouet quoddā dubium ⁊ dicit ꝙ maior appet Sol vel alia stella existens in oriēte vel in occidente q̄ȝ in medio celi q̄uis rei veritas nō sit ita. ¶ Huius causa ⁊c.] Hic soluit ⁊ dicit ꝙ cā huiꝰ apparētie est ista qꝛ qdā vapores ascendunt inter aspectum nostrū ⁊ sole vel aliā stellā. ⁊ cum illi vapores sint corpus diaphanū disgregant radios nostros visibiles ita ꝙ nō cōprehendunt rem in sua vera quātitate sicut patet de denario proiecto in ꝓfundo aque liquide qui propter disgregationem radiorū apparet maioris quātitatis q̄ȝ sit in veritate rei ⁊ hoc est qđ dicit.

¶ Qꝛ terra sit rotunda.

Quod etiā terra sit rotunda sic patet. Signa ⁊ stelle nō equaliter oriuntur ⁊ occidunt omnibus hominibꝰ vbiqȝ existentibus: sed prius oriuntur ⁊ occidunt illis qui sunt vel versus orientem: ⁊ ꝙ citius ⁊ tardius oriunt̄ ⁊ occidūt quibusdā: causa est tumor terre: qđ bene patet per ea que fiunt in sublimi. Una enim ⁊ eadem eclipsis lune in numero (que apparet nobis in primis hora noctis) apparet orientalibus circa horā noctis tertiā. Unde constat ꝙ prius fuit illis nox ⁊ sol priꝰ eis occidit q̄ȝ nobis. Cuius rei causa est tm̄ tumor terre. Qꝛ terra etiam habeat tumorositatem a septentrione in austrum: ⁊ ecōtra sic pȝ. Existentibꝰ versus septētrionē quedam stelle sunt sempiterne apparitiōis. s. que



propinque accedunt ad polum arcticū: alie vero sunt sempiterne occultatiōis sicut ille que sunt propinque polo antarctico. Si igit̄ aliquis ꝓcederet a septentrione versus austrum: intantum posset procedere: ꝙ stelle que prius erant ei sempiterne apparitionis: ei iam tenderent in occasum: ⁊ quāto magis accederet ad austrū: tanto plus mouerentur in occasum. Ille iterū idē homo posset videre stellas q̄ priꝰ fuerant ei sempiterne occultationis. Et ecōuerso ↄtingeret alicui procedenti ab austro versus septentrionem: Huiꝰ autem rei causa est tumor terre.



Item si terra esset plana ab oriente in occidentem: tam cito orirentur stelle occidētalibus q̄ȝ orientalibus: qđ patet esse falsum. Item si terra esset plana a septentrione in austrū: ⁊ econtra. Stelle que essent alicui sempiterne apparitionis: semper apparerent ei quocunqȝ procederent: qđ falsum est. Sed ꝙ plana sit pre nimia eius quantitate hominum visui apparet.

Postq̄ȝ Auctor in supiori parte docuit figurā superiorū. in ista parte ostendit duo inferiora. s. terram ⁊ aquā esse spherice figure. Diuiditur ista pars in duas. nā in prima ostendit figuram terre ⁊ in secunda figuram aque. secunda ibi [Qꝛ aūt aqua.] Dicit de prima parte ꝙ terra sit rotunda patet ⁊ hoc est notū. ¶ Stelle ⁊c.] In ista parte probat intentū suū ⁊ diuidit ista pars in tribꝰ. secunda ibi [Qđ aūt orientalibus ⁊c.] Tertia ibi [Unde constat ꝙ prius ⁊c.] Dicit ꝙ istud est signū ꝙ terra sit rotūda qꝛ signa ⁊ stelle non in vna hora nec equaliter oriuntur oībus existētibus in omni loco: sed prius stelle oriunt̄ ⁊ occidunt illis qui sunt in oriente q̄ȝ illis qui

sunt iuxta occidentē: et huius rei nō est alia causa nisi tumor. i. rotūditas terre. ¶ Cito autem rc.] Hic ponit declaratione minoris et dicit q autem sub intelli hoc sit verum q orientalibus citius stelle q̃ occidentalibus oriantur pz per illud qd apparet in altis sicut in obscuritate lune: qr vna et eadem obscuritas minor apparet nobis in prima hora noctis que apparet illis de oriente in hora tertia. ¶ Unde constat rc.] Hic concludit et dicit q ex hijs dictis constat q prius illis sunt nox et sol prius occidit illis cuius occasus causa est tumor terre. ¶ Circa quam pte vos iuvenes debetis scire q terra que est habitabilis diuidit in septem partes que partes climata vocant et istorum climatum vnum succedit alteri sicut gradus scalarum. Unde primum est supra secūdum. Secūdū supra tertium et sic de alijs. Et vnumquodqz istorum habet suū occidens et suum oriens. Unde cum sol oritur in primo climate non oritur in secundo propter tumorem terre. sed quādocunqz sol est in occidente vnius climatis est in oriēte alterius succedentis. Et hoc est qd dicit ponēdo exēplum de obscuritate lune. ¶ Circa istam partem est vna dubitatio vtrum terra sit sphetice figure. et videtur q non. quia dicit Euclides q sphera nō tangit superficiē nisi in puncto indiuisibili. Sed in quācunqz partē terre corpus rectum aliquod applicet non tanget ipsū in puncto indiuisibili. sed in superficie magna quare terra vt videt non est spherice figure. ¶ Preterea omne sphericum est vniforme. sed terra non est vniformis in sui rotunditate: ergo terra non est spherica. Maior huius rationis est nota. declaro minorem. Nam in terra sunt montes et colles et valles et multa alia que ipediūt rotunditatem terre. ¶ In oppositum cuiuslibet corporis simplicis est figura simplex: sed figura circularis est figura simplex. ergo terra cum sit figura simplex: est figure circularis. maior huius rationis est nota declarat minor. Nam elementum est corpus simplex vt ponit phus quinto metaphysice quare rc. ¶ Unde ad primū cū dicit q sphera nō tangit supficiē nisi i pūcto, dico q sphera est duplex. s. mathematica et nālis. Euclides itēdit de mathematica et non de nāli. Quia sphera nalis tāgit supficiē sm magnitudinē diuisibilē: nā multa rōes accidit mathematicis qd non accidit naturalibus. ¶ Ad secūm cū dicitur q oē sphericū est vniforme sit ita. Sed terra nō est vniformis in sua rotūditate. Dico q q̃uis terra quo ad superficiem non sit rotunda tamē quo ad totum corpus est rotunda: et sic est vniformis: et sic non montes nec colles eam impediunt qr maior mons nō addit supra terrā sicut minor pilus supra bouē. ¶ Qd autem terra habeat rc.] In ista parte probat intentū et dicit q terra tumorē habeat de septentrione in austrū et econtra subaudi illud est signū. qr illis qui sunt in septentrione quedam stelle sunt eis in perpetua visione subaudi stelle que dicunt planstrum que accedunt ad polum arcticū et alie stelle semper occultant que sunt propinque polo antartico. Unde dicit ipse q si aliquis iret de septentrione in austrū intantū posset ire q iste stelle que apparebant ei occultarent: et q̃to magis accederet versus austrum: tanto ille stelle magis occultarētur: et posset idem homo videre istas stellas que nō apparebant ei subaudi que sunt contra polū antarcticū. Et hoc idem posset accidere venienti de austro in septētrionem. Causa autem huius nō est nisi tumor terre. Et hoc est qd dicit. ¶ Itē si terra rc.] Hic probat terrā eē rotundam per rationes deducentes per impossibile: et diuiditur ista pars in tres. Nam in prima ponit vnā: et in secunda aliam. Et in vltima consequenter dat signū quare terra dicat plana. Secunda ibi [Item si terra rc.] Tertia ibi [Sz q plana rc.] Sed q plana rc. Dicit de prima q si terra esset plana. tam cito orirentur stelle occidentalibus q̃ orientalibus. sed hoc est falsum. quare subaudi terra est rotunda. ¶ Item si terra rc.] Hic ponit aliā et dicit q si terra esset plana de septentrione in austrū. Stelle que semper sunt perpetue apparitionis semper apparerent quocunqz homo iret. sed hoc est falsum. subaudi qr si nos sumus hic possemus ire versus austrum: et sic non videremus istas stellas. sed illas alias que sub nobis sunt. ¶ Sed q plana.] Hic ponit quare terra appareat plana: et dicit q propter nimiam quantitate ipsius terre plana videt aspectui nostro. Subaudi sicut Frācia. Alemania. et Lombardia. et h est qd dicit.

¶ Qz aqua sit rotunda.

Quod autem aqua habeat tumorem et accedat ad rotunditatem sic patet. Ponatur signū in littore maris: et exeat nauis a portu: et intm̄ elonget q oculus existens iuxta pedē mali non possit videre signū. Stante vo naui oculus eiusdē existentis in sūmitate mali bene videbit signū illud. Sed oculus existentis iuxta pedē mali melius deberet videre signū q̃ qui est in summitate: sicut patet per lineas ductas ab vtroqz ad signū: et nulla alia huius rei cā est q̃ tumor aque. Excludant. n. oia alia ipediūt. 1: sicut nebule et vapores ascēdētes. Itē cū aq̃ sit corp⁹



homogeneum totum cum partibus eiusdem erit rationis: sed partes aque (sicut in guttulis et roribus herbarū accidit) rotundā naturalr appetūt formā: ergo et totū cui⁹ sunt partes.

Uperius ostēdit auctor terrā esse rotundā: in ista parte pbat aquā esse sphetice figure. Et diuidit ista pars in duas. Nā in pina pbat aquā esse rotundā per signū. in secunda per ratione. secunda ibi [Itē cum aqua sit corpus rc.] Prima pars posset diuidi sed nō curo. Dicit de prima parte q aqua sit rotunda patet: ponat signū dicit ipse in littore maris: et recedat nauis a portu et intm̄ elonget q oculus illius qui stat in pede arboris nō videat signū quiescente naui oculus illius qui stat in sūmitate naui bene videbit illud signū. Sed oculus existens in pede mali melius deberet videre illud signū q̃ ille qui est in sūmitate: qr magis ppe est sicut patet per lineas ductas ab vtroqz ad signū. Et huius rei non est alia causa q̃ tumor aque. Excludit quodā dubiū et dicit. posset aliquis dicere q in mari q̃nqz est ascēsus vapor ppter quos ille qui stat in sūmitate mali nō posset

illud videre quare ratio non valet. Et ideo dicit ꝙ oĩa ista excludant .s. vapores ꝛ nebule ascendentes. ¶ Itẽ cũ aqua ꝛc.] Hic ꝓbat aquã esse rotundã per rationem ꝛ dicit sic. Omne corpus homogeneũ est eiusdẽ nature cuꝫ toto ꝛ parte. Sed aqua est eiusmodi quare ꝛc. ergo est eiusdẽ nature ꝛ ratiõis. Cũ ergo partes aque sint rotunde. vt patet in guttis ꝛ rotis guttulis cadentibꝰ sup herbas. ergo ꝛ tota herba que erit eiusdẽ figure. Et hoc est qđ dicit. Circa istaꝫ partem est dubitatio vtrũ aqua sit rotunde figure. ꝛ videtur ꝙ non.

¶ Qꝫ terra sit centrum mundi.

Quod autem terra sit in medio firmamenti sita sic patet. Existentibus in superficie terre stelle apparẽt eiusdẽ q̃ntitatis siue sint in medio celi: siue iuxta ortuꝫ: siue iuxta occasum: ꝛ hoc qꝛ terra equaliter distat ab eis. Si enĩ terra magis accederet ad firmamentũ in vna parte q̃ꝫ in alia aliquis existẽs in alia parte supficiei terre que magis accederet ad firmamẽtũ nõ videret celi medietatẽ: sed hoc est contra Ptolomeum ꝛ omnes philosophos dicẽtes ꝙ vbicũqꝫ existat homo sex signa oriunt ei: ꝛ sex occidunt: ꝛ medietas celi semper apparet ei. medietas vo occultatur.

τ sex signa que sunt a principio libre vsq₃ in fine piscium dicunt meridionalia vel australia. ¶ Circa istam partem debetis notare q ista est diuisio totius circuli zodiaci q sex signa sunt septentrionalia et sex australia. Juxta quod est intelligendum secundum q dicit Mesalach in libro de virtute motorum. dignior pars zodiaci est aquilonis. eo q est in ipsa regnum Solis et Lune: et amborum exaltationes que principalissime sunt causa vite. Nam cum Sol fuerit in Ariete omnia renouantur: que sua exaltatio est eterna. τ in ista parte zodiaci oriuntur illi qui vniuerse terre dominant. reputa gratia solis et lune: vt dicit Ptolomeus octauo de actibus separatis. Et Almansor in suis aforismis. Cum vnumquodq₃ luminarium: scilicet solis τ lune fuerit in corde exaltationis in dominio τ liberum ab infortunio: erit natus rex totius seculi: τ hereditabit semen suum super terram: τ ipsam longo tempore possidebit. ¶ Aliud debetis notare q planete diuersificant in influentia in vna parte zodiaci et in alia. Unde Joannes Damascenus in suis aforismis secundum mutationes stellarum in longitudine et latitudine vitia et nature consuetudines mutant τ diuersitatem in aere faciunt: vt ponit Albumasar in reuolutionibus annorum mundi. Et etiam luna habet in meridie proprietatem mirabilem. vt dicit Hermes primo de spe. et de luce. Cum luna fuerit meridionalis descendens in Scorpione vel in piscibus: non incipias laborare: cito enim huius fabrica diruet. ¶ Aliud debetis scire q ciuitas dicit septentrionalis vel australis dupliciter. Uno modo ratione situs eo q ipsa situata est sub parte illa. Alio modo dicit septentrionalis vel australis ratione signi sub quo fuit edificata. Unde cum dixi vobis in meis prophetijs q hoc erit in partibus Aquilonis: id est in illis ciuitatibus que edificate sunt sub aliquo signo septentrionali. τ non in ciuitatibus que situate sunt sub parte illa. Nam in austro sunt ciuitates septentrionales. τ in septentrionale sunt ciuitates australes: τ hec est ratio quare in vna ciuitate in vno anno est mortalitas: fames: τ terremotus: τ in alia (que non distat per viginti miliaria) est salus gentium fertilitas et quies. Hoc vt dixi vobis non est nisi propter diuersitatem stellarum sub quibus fuerunt ipse ciuitates edificate. Deinde cum dicit.

¶ Cum autem dicitur q in ariete est sol vel in alio signo. Sciendum q hec prepositio in sumitur pro sub secundum q nunc accipimus signum. In alia autem significatione dicitur signum pyramis quadrilatera: cuius basis est illa superficies quam appellamus signum: vertex vero eius est in centro terre. Et secundum hoc proprie loquendo possumus dicere planetas esse in signis. Tertio modo dicitur signum vt intelligatur sex circuli transeuntes super polos



zodiaci τ per principia duodecim signorum. Illi sex Circuli diuidunt totam superficiem sphere in duodecim partes latas in medio: arctiores vero iuxta polos Zodiaci: τ quelibet pars talis dicitur signum τ nomen habet speciale a nomine illius signi quod intercipitur inter suas duas lineas. Et secundum hanc acceptionem: stelle que sunt iuxta polos dicunt esse in signis. Item intelligat corpus quoddam: cuius basis sit signum secundum q nunc vltimo accepimus signum: acumen vero eius sit super axem zodiaci. Tale igitur corpus in quarta significatione dicit signum: secundum quam acceptionem totus mundus diuidit in duodecim partes equales que dicuntur signa: τ sic quicquid est in mundo est in obliquo signo.

¶ In ista parte dat documentum quomodo dicat planeta esse in signo. Ista pars posset diuidi: sed non curo: legatis totum simul. Dicit q sol siue planeta esse in signo dicitur quatuor modis. Uno modo accipiendo in pro sub secundum q iam ipse accepit. In alia significatione dicit signum quadrilatera pyramis: cuius latitudo est superficies quam appellamus signum τ punctus siue acuties eius est in centro terre: exempli gratia dato q a quolibet latere superficiei arietis ducat linea que cum venit in centro describet corpus quadrilatere pyramidale: cuius basis siue latitudo est superficies quadrangula. Angulus vero in quo linee coniungunt in centro est vertex siue acuties: vt patet in figura marginali: τ hoc modo planete dicunt esse in signis. Tertio modo dicunt planete esse in signo vt intelligant sex circuli transeuntes super polos zodiaci per principia. 12. signorum. τ isti circuli diuidunt totam superficiem sphere in. 12. partes latas. scilicet in medio τ strictiores iuxta fine: quelibet talis pars dicit signum τ nomen speciale habet a nomine illius signi quod includit inter lineas: τ secundum istam acceptionem stelle que sunt iuxta polos dicunt esse in signo. τ isto modo accipiendo signum est solum superficies. Quarto τ vltimo modo planeta dicitur esse in signo. vt intelligat esse quoddam corpus. cuius basis est signum secundum q ipse accepit vltimo. scilicet in tertio modo. acumen vero eius sit supra axem zodiaci. et tale in quarta significatione dicitur signum secundum quam significationem totus mundus diuidit in. 12. partes equales: τ sic quicquid est in mundo. scilicet a superficie firmamenti vsq₃ ad terram dicitur esse totum in signo: τ hoc est quod dicit.


¶ De duobus coluris.

Sunt autem alij duo circuli maiores in sphera qui dicunt coluri: quorum officium est distinguere solstitia τ equinoctia. Dicitur autem colurus a colon grece quod est membrum: τ uros quod est bos syluester: quia quemadmodum cauda bouis syluestris erecta que est eius membrum facit semicirculum τ non perfectum: ita colurus semper apparet nobis imperfectus: quoniam solum vna eius medietas apparet: alia vero nobis occultatur.

Postquam autem Auctor in superiori parte tractauit de linea ecliptica τ de acceptione signi. In ista parte tractat de coluris: τ diuidit ista pars in duas. Nam in prima dat intentum: τ in secunda prosequitur. secunda pars incipit ibi [Dicit autem.] Dicit

de ista pte q̄ sunt alij duo circuli maiores in sphera qui dn̄r colurι: officiū q̄x est distīguere solstitia τ eqnoctia. ¶ Dicit aūt.] In ista pte ꝓseq̄tur: τ diuidit ista pars ī duas. Nā in ipsa ꝓseq̄tur itentū determinādo de coluris in gnāli. Et in scda in spāli. τ scda ps īcipit ibi [Colurus igit̄ trāsiens τc̄.] Dicit de ista pte q̄ colurus est dictus a colon grece qd̄ est mēbrū: τ uros qd̄ est bos syluestris: q̄a sic cauda bouis syluestris erecta facit semicirculū nō pfectū: sic colurus semꝑ appet nobis imꝑfectus: q̄a tm̄ vna ei⁹ medietas appet subaudi nō q̄ in se s3 totū ambitū nō sit circularis. sed q̄a illa pars alteri⁹ poli quā itersecat nūq̄3 videt̄ a nobis. Juxta qd̄ debetis itelligere q̄ Hipparc⁹ ī libro de hierarchijs spirituū aliter iterpretatus est colurū. τ dicit q̄ colurus dr̄ a colon qd̄ est mēbrū τ uro. ris. q̄a spūs qui sūt in coluris. s. icubus τ succubus officiū co x̄ est vrere in sōnijs mēbra genitalia. Vñ ad lrām sic dicit: icubus τ succub⁹ coluros tenēt: τ qñq3 in maiori coniunctione co x̄ vtute velut diuinitatis hoies oriunt̄. Juxta qd̄ debetis itelligere q̄ icubo secm̄ ipsum dicit̄ morari in coluro q̄ distīguit solstitium estiuale: τ isti spūs dn̄ant̄ in sōnijs coitus hoīu3 τ deportant sperma hois in coniunctione maiori. s. qñ Saturnus: Juppiter τ Mars ɔiungunt̄ in cancro vel in capricorno τ emittit in matricē alicui⁹ mulieris: τ exinde fit cōceptio τ oriunt̄ hoies q̄ vident̄ diuini: τ q̄ ɔstituūt leges in mūdo: τ faciūt mira: vt fuit Merlin⁹: τ erit Antichristus: q̄ ɔceptus erit ex vgine: τ faciet miracula multa: de quo in fine lectionis dicā vobis. Succubus dicit̄ q̄a accipit corp⁹ ex aere in forma mlieris: τ decipit quādoq3 hoiē3 agēdo in eū. Alij q̄ sunt minores supradictis qui vocant̄ marmores τ asinit⁹ tenēt coluros q̄ distinguunt eqnoctia. vñ ad litterā dicit q̄ marmores τ asininis tenent eqnoctia nutu dei. sed istud non debet sic simpliciter intelligi: sed eget expositione magna que hic non habet locum.

¶ Colurus igitur distinguens solstitia trāsit ꝑ polos mūdi per polos zodiaci: τ maximas solis declinationes. hoc est ꝑ primos gradus cancri τ capricorni. Unde primus punctus cancri vbi colurus iste intersecat zodiacū dicitur pūctus solstitij estiui: quia quādo sol est in eo: est solstitium estiuum: τ non potest sol magis accedere ad zenith capitis nostri. Est aūt zenith



pūctus i firmamēto directe supra positus capitibus nostris. Arc⁹ vero coluri qui itercipitur inter pūctum solstitij estiui τ equinoctiale3: appellatur maxima solis declinatio. Et ē secm̄ Ptolomeu3. xxiij. graduū: τ. lj. minuto x̄. Scdm̄ Almeonē vo. xxiij. graduū: τ. xxxiij. minutoru3. Similr̄ primus pūct⁹ capricorni: vbi ide3 colurus ex alia parte itersecat zodiacū dicitur punctus solstitij hyemalis: τ arcus coluri interceptus inter punctum illu3 τ equinoctialem dicitur alia maxima solis declinatio: τ est equalis priori.

¶ In ista parte dicit de coluro ī speciali. Et diuidit̄ ista pars in duas. Nā in pma tractat de coluro distinguente solstitia: τ in scda de coluro distinguente eqnoctia. scda pars incipit ibi [Alter quidem colurus.] Adhuc pma ps diuidit̄ in duas. Na3 in pma facit qd̄ dictū est: τ in scda duo manifestat. scda pars ibi [Iste aūt arcus τc̄.] Dicit de ista parte q̄ colurus q̄ trāsit per polos mūdi τ zodiaci per maximas solis declinationes. s. per pmos gradus cancri τ capricorni distinguit solstitia. Unde pmus pūctus cancri vbi iste colurus itersecat zodiacū dicit̄ punctus solstitij estiualis: quia sole existēte in eo tūc est solstitiū estiuale: quia non pōt sol magis accedē ad zenith nostri capitis: qd̄ zenith est punctus in firmamento recte suprapositus capitibus nostris. ¶ Circa istā parte3 est dubitatio. vtrū punctus cancri et capricorni dicatur maximas solis declinationes. videt̄ q̄ non: q2 maxime solis declinationes sunt que maxie distāt a medio mūdi. Sed duo poli. s. arcticus τ antarcticus magis distāt a medio mundi q̄3 punctus cancri τ capricorni: q̄re τc̄. Maior huius rōnis est nota. declaro minorē. Na3 poli mundi distant in termino: τ distare plus non pnt. ergo punctus cancri τ capricorni nō sunt solis maximas declinationes. d. ¶ Oppositū: illa puncta dicunt̄ maxime solis declinationes in quibus sol nō pōt magis distare ab equinoctiali. Sed primus gradus cancri τ capricorni sunt huiꝰ: q̄re dicunt̄ maximas solis declinationes. Maior huius est nota declarat̄ minor ad sensum. Na3 in orbe signo x̄ sol non pōt plus distare ab equinoctiali τ per cōsequēs a medio mundi. ergo puncta cancri et capricorni dicunt̄ maxime solis declinationes. ¶ Unde ad rationē cū dicit̄ illa puncta τc̄. Dico q̄ q̄uis simplr loquendo poli mūdi dicant̄ magis distare a medio mūdi: tamē in orbe signorū in quo sol magis mouet̄ pmus punctus cācri τ capricorni maxime distat a medio mūdi. ¶ Iste autem arcus coluri dicitur τc̄.] In ista parte Auctor duo manifestat. Et diuiditur ista pars in duas. Nam in prima ostendit quid sit maxima solis declinatio. Et in scda quid sit punctus solstitij hyemalis. scda ibi [Similiter pūctus.] Dicit de ista parte q̄ iste arcus coluri qui intercipit̄ inter primū punctū cancri siue solstitij estiualis τ equinoctialis dicit̄ solis maxima declinatio siue ascēsio. Et ista secm̄ Ptolomeū est. 23. graduū. 51. minuto x̄: sed secm̄ Almeonē. 23. gradui3 τ. 33. minutorū. ¶ Juxta qd̄ debetis intelligere q̄ declinatio sicut dicit Thebit in libro de diffinitiōibus. Est arcus circuli meridiei cadens inter orbem signo x̄ τ equatorē dici siue circulū equinoctialē. Aliud debetis scire q̄ ista declinatio solis secm̄ Ptolomeum est. 23. graduū: τ. 51. minutorum vt recitat Alphagranus. Sed opinio quam recitat Auctor hic nō est opinio Ptolomei. Sed Almeon fuit istius opinionis: scilicet q̄ esset. 23. graduum: et. 33. minutorū: τ in ista opinione omnes concordant. ¶ Similiter primus punctus τc̄.] In ista parte ostēdit q̄d sit pūctus solstitij hyemalis: τ dicit q̄ pm⁹ pūct⁹ capricorni dicit̄ punctus solstitij hyemalis: τ ille arcus qui itercipit̄

cipit coluri qui intercipit inter punctum illud et equinoctialē distantia maxima solis declinatio. τ est equalis supradicte.

¶ Alter quidem colurus transit per polos mūdi τ per prima puncta arietis τ libre: vbi sunt duo equinoctia: vnde appellatur colurus distinguens equinoctia. Isti autem duo coluri intersecant sese sup polos mundi ad angulos rectos sphērales. Signa quidem solstitiorum τ equinoctiorū patent his versibus. Hec duo solstitia faciūt cācer capricornus: Sed noctes equāt aries τ libra diebus.

¶ In ista parte Auctor tractat de coluro distinguēte solstitia. Et diuiditur ista pars in tres. Nam in prima hoc facit. Et in secunda tractat de qualitate colurorum. Et in tertia de signis solstitiorum τ equinoctiorū per versus. secunda ibi [Isti autem coluri.]tertia ibi [Signa solstitiorum.]Dicit de prima parte q alter colurus transit sup polos mūdi τ per prima puncta arietis τ libre vbi sunt duo equinoctia τ appellatur colurus distinguens equinoctia. ¶ Circa istam partem est dubitatio. vtrum. s. colurus aliquis sit principium distinguendi solstitia τ equinoctia. Et videtur q non vnica ratione: quicquid est principiū distinguendi aliud est principiū cognoscendi illud: sed colurus non est principiū cognoscendi solstitia τ equinoctia. sed potius econuerso. Maior huius rationis est nota. declaro minorē. Nam solstitia τ equinoctia ponūtur in diffinitione colurorum: qd patet cū dicit: q vnus colurus transit per prima puncta cancri et capricorni vbi contingunt solstitia. ergo coluri non sunt principiū distinguendi solstitia τ equinoctia. ¶ Oppositum in duobus punctis in quibus colurus intersecat equinoctialē: contingūt duo solstitia τ in alijs duo equinoctia. ergo equinoctia τ solstitia distinguunt per eōtactū colurorum. ergo coluri sunt principia distinguēdi solstitia τ equinoctia. ¶ Ad formam rationis cum dicitur q quicquid est principium distinguendi aliquid est principiū cognoscendi illud concedo. Sed colurus non est principiū cognoscēdi equinoctia: sed potius ecōtra. Dico q quāuis çodiacus sm realitatē sit principiū distinguendi coluros: tamen quo ad nos coluri sunt principiū distinguendi quatuor puncta çodiaci. ¶ Isti autē coluri τc.]In ista parte ostendit qualitatē colurorum: τ dicit q isti coluri intersecant se sup polos mundi ad angulos sphērales rectos. hoc potestis videre in sphera: τ est notū. ¶ Signa solstitiorū τc.]In ista parte ostendit signa solstitiorū τ equinoctiorū per versus. Et dicit q signa solstitia τ equinoctia patent in istis versibus. τ dicit q cancer τ capricornus faciunt solstitia. Aries τ Libra faciunt equinoctia. et hoc est quod dicit. Sed debetis scire q ista quatuor signa que cardinalia dicunt recte posita sunt in celo: vt quatuor membra principalia nostri corporis. Naz sicut cerebrū est in summitate sic cancer. Nā si aliud signū vtputa calidū esset loco Cancri Sole adueniente tam ratione signi q ratione more tā ratione radiorum q rōne loci causaret tam intensum calorē q inficeret aer: qua infectione nō staret vita nrā. Unū sicut cerebrū est fride τ humide cōplexionis vt resistat cordi: sic Cācer vt resistat soli: ideirco Cācer posit⁹ fuit in sūmitate çodiaci τ sicut est in medio indiuidui. sic Aries est in medio mūdi. Et sicut cor est calidum τ siccū τ principiū vite: sic Aries est principium circuli. Libra est calidū τ humidū: τ sic epar est calide τ humide cōplexionis: et sicut opponit cordi sui humiditate: sic libra opponitur arieti. Unde queadmodum spiritus vitalis perueniens ad aliqd istorum mēbrorum principaliū: vtputa ad cerebrū acquirit aliū modū complexionis. quia fit aīalis perueniens ad epar fit naturalis: sic sol perueniens ad aliqd istorū signorū fit variatio que sunt in mūdo inferiorū. ¶ Iuxta qd debetis notare q ista quatuor signa. s. Aries: Libra: Cācer: τ Capricornus. in quibus contingunt solstitia et equinoctia dicunt signa cardinalia. eo q in cardinib⁹ siue in angulis naturaliter situata. Unde Hipparcus dicit in libro de ordine intelligentiarum q principes quidā demonū tenēt quatuor partes sub celo. Naz expulsi de celo aerē occupant τ quatuor elemēta. Nam equinoctia τ solstitia tenent in similitudinem primi throni. Nam cum signa quatuor supra dicta dicant cardinalia siue angularia. τ circo velut loca digniora sub ipsis tenent aliqui de hierarchia maiori: τ cū ipsi coluri intersecēt cruciatim solstitia ideo illi qui inuocant Demones semper in triuijs siue in cruciatis vijs stant ad inuocādū. Et hec est rō quare τc.

¶ De meridiano τ orizonte.

Sunt iterum duo alij circuli maiores in Sphera. scilicet meridianus: τ orizon. Est autem meridianus circulus quidam transiens per polos mundi τ per zenith capitis nostri. Et dicit meridianus: quia vbicūqz sit homo: τ in quocūqz tempore anni quando sol motu firmamenti peruenit ad suum meridianum est illi meridies. Consimili ratione dicitur circulus medie diei. Et notādū q ciuitates: quarum vna magis accedit ad orientem q alia habent diuersos meridianos. Arcus autem equinoctialis interceptus inter duos meridianos dicitur longitudo ciuitatū. Si autem due ciuitates eundem habeant meridianū: tūc equaliter distant ab oriente τ occidente.

Postq Auctor in superiori parte tractauit de coluris. In ista parte tractat de circulo meridiano τ oriçonte. Et diuidit ista pars in partes duas. Nam in prima dat intentum. Et in secunda prosequitur. secūda pars incipit ibi [Est autem meridianus circulus.]Dicit de ista parte q sunt alij duo circuli maiores in sphera. s. meridian⁹ τ orizon. ¶ Iuxta qd debetis intelligere q circuli meridionales sunt circuli maiores q trāseūt per polos equatoris diei. Et quicūqz trāsit per summū capitis alicuius terrarū est circulus meridiei ī terra illa. Unde circuli meridionales sunt oriçontes sub equatore diei vt dicit Thebit in libro de diffinitionibus. ¶ Est autem τc.]In ista parte prosequitur. Et diuiditur ista pars in duas. Nam in prima prosequitur determinando de meridiano: τ in secūda de oriçonte. secunda pars incipit ibi [Item oriçon est circulus τc.]Adhuc ista diuiditur in tres. Nam in prima notificat meridianum. Et in secunda quare dicit meridianus. Et in tertia dat quedam documenta. secunda ibi [Dicit meridianus.]tertia ibi [Et notādū.]Dicit de prima parte q meridianus est circulus qui describitur super polos mūdi qui trāsit per punctū capitis nostri. ¶ Dicit τc.]In ista parte ostēdit quare dicatur meridianus: τ dicit q meridianus dicitur quia vbicūqz homo sit: τ in quibuscūqz tēporibus anni quādo sol per motū firmamēti peruenit in meridianū suum est illi meridies: τ cōsi-

mili ratione dicit̃ circulus meridiei. ¶ Circa istã partem debetis intelligere ꝙ sicut scribit Hipparcus in libro de cautelis nature in pricipio ad litterã hic dicit. Ut sol in linea circuli meridiei decipit eleuantem sic spiritus per vmbram humanos decipiunt gloriando. Juxta qđ debetis intelligere ꝙ astrologus decipitur in eleuatione ascendentis cum sol fuerit in meridie: quia in rei veritate non potest haberi ascendens. Et illi qui tũc volunt de futuris iudicare: vtplurimũ errãt: vt dicit Hermes primo de spe. ⁊ de lu. Inueniuntur quandoqꝫ astrologorum quorundam iudicia non veraꝫ: aut propter defectum instrumentorũ: aut quia sol est circa gradus medij celi: aut propter querentis insipientiã: aut planete qui tenet accedũt vel denegant sunt equales. Ideo dicit Hipparcus: sicut sol ⁊c. ita per vmbram spiritus humanos gloriando decipiunt. Nam demones gloriant quando possunt decipere homines. Nam illi qui volũt scire de furto. habent pueros virgines ⁊ vident in corpore polito formas ⁊ figuras hominuꝫ. Nam ista vocat̃ vmbra circa quam cõtingit decipi isto modo. Nam si ero furatus librum: et exeo de domo non apparebit figura mea in vmbra: sed figura illius cui ego primo obtuliꝫ. Ideo dicit Hipparcus. vt sol ⁊c. ¶ Et notandũ.] In ista parte dat quedam documenta. Et diuidit̃ ista pars in tres. Nam in prima dat vnum documentum. ⁊ in secunda secundũ: ⁊ in tertia tertium. scđa ibi [Arcus ⁊c.] tertia ibi [Si enim.] Dicit de prima ꝙ est sciendũ ꝙ due ciuitates. quarũ vna plus est propinqua orienti ꝙ̃ alia habet diuersum meridianum ab alia. Juxta qđ debetis intelligere vos iuuenes ꝙ meridianus variatur scḋm diuersa loca mundi. Nam quando est meridies nobis non est meridies in omni loco. imo post meridiem Hierusalez est meridies nobis. Et post meridiem nostraꝫ est meridies Parisius. Quia ciuitates que propinquiores sunt orienti: habent diuersos meridianos a ciuitatibus que distant. Nam ciuitas que primũ habet orientem: primũ habet meridianuꝫ. ¶ Arcus ⁊c.] In ista parte dat aliud ⁊ dicit ꝙ arcus equinoctialis qui intercipitur inter duos meridianos dicitur longitudo ciuitatũ: subaudi longitudo vnius ciuitatis ab altera. Unde debetis scire ꝙ longitudo regionis est distantia ab alia: est enim distantia meridiani circuli vnius a meridiano circulo alterius: latitudo vero ciuitatis est distantia zenith capitis regionis ab equinoctiali circulo versus septentrionem vel meridiem. Unde debetis scire ꝙ longitudo ciuitatis est distantia meridiani circuli a meridiano alterius ciuitatis. ¶ Si enim due ⁊c.] In ista parte dat aliud documentum. Et dicit ꝙ si due ciuitates habeant eundeꝫ meridianũ: tũc equaliter distãt ab oriẽte ⁊ ab occidẽte.

¶ Orizon vero est circulus diuidens iferius hemispheriuꝫ a superiori. Unde appellatur orizon: id est terminator visus. Dicitur etiam orizon circulus hemispherij.

¶ In ista parte tractat de oriçõte. Et diuiditur ista pars in partes duas. Nam in prima ostendit quid sit oriçon. Et in secunda ponit eius diuisionem. secunda pars incipit ibi [Est autem duplex ⁊c.] Prima pars posset diuidi. sed nõ curo. Dicit de ista parte ꝙ oriçon est circulus diuidens hemispheriũ iferius a superiori. Unde appellatur oriçon quasi terminator nostri visus. Et dicit̃ etiã circulus hemispherij. Uos iuuenes debetis scire ꝙ hemispheriũ dicit̃ ab hemi ⁊ sphera sphere. Unde hemispherium quasi dimidia sphera. Oriçon dicit̃ quasi orientis çona. Aliud debetis notare ꝙ oriçon qñqꝫ sumit̃ realiter: qñqꝫ similitudinarie. Realr: vt hic accipit̃. Similitudinarie pro hierarchijs separatorꝫ. vt accipit Apollonius in libro suo artis magice. vbi ad litteram hic dicit. Oriçon maior separatorũ inhitũ in minorem. Juxta qđ debetis scire ꝙ scḋm eius opinioné anime nostre dicuntur esse in minori oriçonte incẽtes. intelligentie dicuntur esse in maiori. Unde scḋm eius intelligentiã sicut se habent anime nostre ad corpora: sicut se habet intelligentie ad animas nostras: qđ verũ dicit si recte intelligatur.

¶ Est aũt duplex orizon: rectus ⁊ obliquus siue declinis. Rectũ orizontẽ ⁊ sphera recta habent illi quorꝫ zenith est in equinoctiali: quia illorũ orizon est circulus trãsiens per polos mũdi diuidens equinoctialẽ ad angulos rectos sphericales. vnde dicit̃ orizon rectus: ⁊ sphera recta. Obliquũ orizontẽ siue declinẽ: hñt illi quibus polus mũdi eleuat̃ supra orizontẽ: quia illorum orizon intersecat equinoctialẽ ad angulos ipares ⁊ obliquos. vnde dicit̃ orizon obliquus: ⁊ sphera obliqua siue declinis. Zenith aũt capitis nostri semper est polus orizõtis. Unde ex his patet ꝙ quãta est eleuatio poli mũdi supra orizontem: tanta est distãtia zenith ab equinoctiali: qđ sic pꝫ. Cũm quolibet die naturali vterqꝫ colurus bis iungat̃ meridiano: siue idez sit qđ meridianus: quicquid de vno probat̃ ⁊ de reliquo. Sumat̃ igitur quarta pars coluri distinguẽtis solstitia que est ab equinoctiali vsqꝫ ad polũ mundi. Sumat̃ iterũ quarta pars eiusdẽ chori ꝙ̃ est a zenith vsqꝫ ad orizontẽ: cũ zenith sit polus orizõtis. Iste due quarte cũ sint quarte eiusdẽ circuli inter se sũt equales. Sꝫ si ab eq̃libꝰ eq̃lia demant vel idẽ cõe residua erunt eq̃lia: dẽpto igitur cõi arcu. s. q est inter zenith ⁊ poluꝫ mundi residua erũt eq̃lia: scilicet eleuatio poli mundi supra orizontẽ: ⁊ distantia zenith ab equinoctiali.



¶ In ista parte ponit diuisioné ipsius oriçontis. Et diuiditur ista pars in partes duas. Naꝫ in pᵃ ponit esse duplicem oriçonteꝫ. ⁊ in scḋa membra predicte diuisionis declarat. scḋa incipit ibi [Rectum ⁊c.] Dicit de ista parte ꝙ oriçon est duplex. s. rectus ⁊ obliquus siue declinis. ¶ Circa istam partẽ est dubitatio. vtruꝫ oriçon debeat diuidi in rectum ⁊ obliquum: ⁊ videtur breuiter ꝙ nõ. Oriçon est diuidés superius hemispherium ab inferiori: sed

ri.sed talis oriçon nõ est nisi vnus.ergo non debet diuidi in rectum vel obliquum. Maior huius rationis est nota:declaro in mõrẽ:quia vnũ iquantũ vnũ nõ recipit diuisionẽ:quare ꝛc. Dico ad qõnẽ ꝙ oriçon ꝫ veritatẽ est vnus qui dicit̃ naturalis:sed ꝫm apparentiã est multiplex. Unde dico ꝙ illa diuisio in rectuꝫ ꝛ obliquuꝫ est solum ꝫm apparentiam. Nam ꝫm diuersos situs apparent nobis diuersa orizonta. Sed est differẽtia inter orizontem naturalem ꝛ apparenteꝫ siue artificialem.nam oriçon naturalis est linea vna in circulis diuidens vnũ hemisperium ab alio.artificialis est aspectus sensibilis qõ terminat visuꝫ. ¶ Sed debetis scire ꝙ oriçon artificialis dicit̃ sub q̃dã similitudine quẽadmodũ et dies artificialis. Nam dies artificialis dicit̃ eo ꝙ artifices in eo vt plurimum operantur de die:sic et oriçon dicit̃ artificialis:quia ciuitas vel castrum situata ex arte habent orizontem.ꝛ hic dicitur artificialis:ꝛ sic soluit̃ ratio. ¶ Rectum ꝛc.] In ista parte prosequit̃ mẽbra predicte diuisionis. Et diuidit̃ ista pꝰ in duas. Nã in pͥma ostẽdit qui sũt illi q hñt rectũ oriçontẽ. Et in scd̃a qui sũt illi qui habent obliquuꝫ.scd̃a ibi [Obliquus ꝛc.] Dicit de ista parte ꝙ illi habent oriçontem rectũ ꝛ spherã rectam:quorũ çenith.s.punctus est in equinoctiali ꝛ ipsorum oriçon est circulus transiens per polos mundi diuidens equinoctialeꝫ ad angulos sphera les rectos. Unde dicitur oriçon rectus vel sphera recta. ¶ Obliquũ ꝛc.] In ista parte ostẽdit quid sit oriçon obliquus.ꝛ diuidit̃ ista pars in duas. Nam in pͥma notificat oriçonteꝫ obliquum.ꝛ in scd̃a ex hoc ꝯcludit altitudineꝫ poli ꝛ latitudineꝫ regionis esse equales.scd̃a ibi [Unde ex his.] Dicit de ista parte ꝙ obliquum oriçontẽ siue decliuũ hñt illi quibus polus mũdi eleuat̃ supra oriçontẽ.quia eoꝝ oriçon itersecat equinoctialẽ ad angulos sphera les īpares ꝛ obliquos iccirco dicitur oriçon obliquus vel decliuis vel sphera obliq̃. Unde çenith capitis nostri semp est polus oriçontis. ¶ Uñ ex his patet ꝛc.] In ista pte concludit altitudinem poli ꝛ latitudinem regionis esse equales.ꝛ posset diuidi:sed nõ curo.legatis totũ simul. Dicit qõ ex supradictis est mãifestũ ꝙ quãta est eleuatio poli mundi supra oriçonta tanta est distantia çenith id est puncti ab equinoctiali:ꝛ hoc sic potest demõstrari cum in quolibet die naturali vterqꝫ colurus bis coniungatur meridiano id est ꝙ idem sit ꝙ meridianus ꝛ vnus sit in loco alterius mouendo in 24.or horis siue in die naturali:quicquid probatur de vno ꝛ de reliquo.sumat̃ dicit ipse quarta pars coluri distinguẽtis solstitia illa.s.que est ab equinoctiali vsqꝫ ad polum mũdi.ꝛ sumatur alia pars coluri eiusdeꝫ qui est a çenith vsqꝫ ad oriçonta. Cum ergo çenith sit polus oriçontis.ꝛ iste due quarte cuꝫ sint quarte eiusdẽ circuli inter se sunt equales sed si ab equalibus equalia demas:vel idem cõmune que remanent sunt equalia:dempto ergo cõmuni arcu qui est inter çenith ꝛ polum mũdi residua sunt equalia.scilicet eleuatio poli mundi supra oriçonta:ꝛ distantia çenith ab equinoctiali:et hoc expresse videre potestis in sphera.

¶ De quatuor circulis minoribus.

Dicto de sex circulis maioribus:dicẽdum est de quatuor minoribus. Notandum igit̃ ꝙ sol existens in primo puncto cancri:siue in puncto solstitij estiui:raptu firmamenti describit quendã circulum qui vltimo descriptus est a sole ex parte poli arctici. Unde appellatur circulus solstitij estiui ratione superius dicta:vel tropicus estiuus:a tropos qõ est cõuersio:qꝛ tunc sol incipit se cõuertere ad inferius hemisperiũ ꝛ recedere a nobis. Sol iterũ existẽs in primo puncto capricorni siue solstitij hyemalis:raptu firmamẽti:describit quendã circulũ:qui vltimo describit̃ a sole ex parte poli antarctici. Unde appellat̃ circulus solstitij hyemalis siue tropicꝰ hyemalis:quia tunc sol conuertitur ad nos. Cum aũt zodiacus declinet ab equinoctiali:ꝛ polus zodiaci declinabit a polo mũdi. Cum igit̃ moueat̃ octaua sphera ꝛ zodiacus q est pars octaue sphere mouebit̃ circa axem mundi ꝛ polus zodiaci mouebit̃ circa polũ mũdi. Iste igitur circulus quẽ describit polus zodiaci circa polũ mundi arcticũ:dicit̃ circulus arcticus. Ille vo circulus queꝫ describit alter polus zodiaci circa polũ mundi antarcticũ:dicit̃ circulus antarcticus. Quãta est etiã maxima solis declinatio.s.ab equinoctiali:tanta est distãtia poli mũdi ad poluꝫ zodiaci:qõ sic patet. Sumat̃ colurus distinguens solstitia:qui transit per polos mundi ꝛ per polos zodiaci. Cũ igit̃ oẽs quarte vnius ꝛ eiusdeꝫ circuli inter se sint equales:quarta huius coluri:que est ab eqnoctiali vsqꝫ ad polũ mũdi erit equalis quarte eiusdẽ coluri:que est a primo pũcto cãcri vsqꝫ ad polũ zodiaci. Igit̃ ab illis equalibus dempto cõi arcu (qui est a primo pũcto cãcri vsqꝫ ad polũ mũdi) residua erunt equalia:scilicet maxima solis declinatio:ꝛ distantia poli mũdi ad poluꝫ zodiaci. Cũ autẽ circulus arcticus ꝫm quãlibet sui partem equidistet a polo mundi:patet ꝙ illa pars coluri que est inter primũ punctũ cãcri ꝛ circulũ arcticũ fere est dupla ad maximã solis declinationem:siue ad arcum eiusdẽ coluri qui intercipitur inter circulũ arcticũ ꝛ polum mundi arcticũ qui etiã arcus equalis est maxĩe solis declinationi. Cũ enĩ colurus iste sicut alij circuli in sphera sit.ccclx.graduũ quarta eius erit.xc.graduũ. Cum igit̃ maxima solis declinatio ꝫm Ptolomeũ sit.xxiij.graduũ ꝛ.li.minutorũ:ꝛ totidem graduũ sit arcus qui est inter circulum arcticum ꝛ polum mundi arcticũ:si ista duo simul iũcta:que fere faciũt.xlvij.gradus subtrahant̃ a.xc.residuum erunt.xlij.gradus:quantus est arcus coluri qui est inter primum punctũ cancri ꝛ circuluꝫ arcticum:ꝛ sic patet ꝙ ille arcus fere duplus est ad maximaꝫ solis declinationem. Notandũ ꝙ equinoctia-

lis cum quatuor circulis minoribus dicuntur
quinque paralelli quasi equidistantes: non qa
quantū primus distat a secūdo: tantū secūdus
distet a tertio: quia hoc falsum est sicut iam pa-
tuit. Sed quia quilibet duo circuli simul in-
cti ſm quamlibet sui partem equidistant abin-
uicem: ⁊ dicunť paralellus equinoctialis: pa-
ralellus solstitij estiui: paralellus solstitij hye-
malis: palellus arcticus: ⁊ palellus antarctic⁹.

Ostq3 Auctor in superiori parte tractauit de
sex circulis maioribus. In ista parte tractat
de quatuor circulis minoribus. Et diuiditur
ista pars in partes tres. Naz in prima hoc fa-
cit. ⁊ in secūda ex predictis duo ꝯcludit et in
tertia tractat de zonis. scda ibi[Quanta est ergo.] tertia
ibi[Notādū ꝙ equinoctialis.] Adhuc ista diuiditur in
duas. Nam in prima Auctor dat intentū ⁊ in secūda ꝓ-
sequitur. scda ibi[Notandū.] Dicit de ista parte ꝙ de-
terminato de sex circulis maioribus. est dicēdū de qua-
tuor minoribus. ¶ Juxta qđ debetis scire ꝙ circulorū
magnitudo ⁊ paruitas accipiť duobus modis. Uno mō
rōne ꝯstituētiū spheras celestes. vt hic Auctor accipit.
Scđo modo ꝓ naturis occultis que reperiunť in elītis
mūdi. vt accipit Apollonius in libro suo de Jle. vbi ad
litterā sic dicit: vt ex magno ⁊ paruo habitu circulorū
componiť sphera celi sic natue rerū que sunt ex elītis
mundi quibus angelica opatio exerceť. Juxta qđ debe-
tis itelligere ꝙ spiritus qui sunt extra ordinē gratie nō
possunt facere aliqđ mirū nisi mediantibus virtutibus
rerū naturaliū. Unde oīa mira que spūs faciunt. faciūt
ꝓpter naturas ⁊ vťutes occultas que sunt in rebus nisi
di non ꝙ materia corporalis obediat spiritibus ad nu-
tum. ita ꝙ eorū virtute possint trāsmutare materiaz de
forma in formaz. Nec in rei veritate Demones possunt
trāsmutare corpus humanum in bestiale. nec ꝙ corpus
hois reuiuiscat: sed hoc accidit qñqz ſm apparentiaz: ⁊
nō ſm realitatē. Et hoc pōt fieri dupliciter. Uno modo
ab intra: quia demon pōt imutare phantasiā hoīs ⁊ oēs
sensus corporeos vt res videať aliter qz sit in rei verita-
te: ⁊ hoc fit virtute rerū naturaliū. Alio modo ab extra.
nā Demon potest sumere corpus ab aere ⁊ formā illius
mortui ⁊ sic apparere. Ideirco dicebat Aug^us in li°. 83. q̄stio
nūm ꝙ in magicis artibus fiunt miracula: ⁊ plerūqz si-
milia illis miraculis que fiunt ꝑ seruos dei. Sed Ma-
gi faciunt per res naturales querentes gloriā suam: sed
Sācti faciunt solum per potentiā diuinā ⁊ eius iussu et
nutu cui oīa subijciunť. ¶ Notandum ergo ⁊c.] In ista
parte suum prosequiť intentū. Et diuiditur ista pars in
quatuor. Nam in prima tractat de tropico cancri. Et in
secunda de tropico capricorni. Et in tertia de circulo ar-
ctico. Et in quarta de antarctico. scda ibi[Sol iterum.]
tertia ibi[Cum autē zodiacus.] quarta ibi[Ille vō cir-
culus ⁊c.] Dicit de ista parte ꝙ est sciendū ꝙ cuz sol est
in pmo puncto cancri siue in puncto solstitij estiualis ꝑ
raptū firmamenti sol describit quendā circulū qui vlti-
mo descriptus est a sole a parte poli arctici qui diciť cir-
culus solstitij estiualis. Et eadez ratione superius dicta
dicitur tropicus estiualis dictus a tropos qđ est conuer-
sio. qa sol incipit se conuertere ad inferius hemisperiuz
⁊ recedere a nobis. ¶ Juxta qđ debetis itelligere ꝙ tro-
pici accipiunť dupliciter. Uno modo pro circulis descri-
ptis a sole: vt Auctor hic accipit. Alio modo pro hierar-
chia quorūdā separatorū qui vocantur tropici. i. conuer-
siui ad instar tropos quod est eorum princeps. vt dicit
Apollonius i libro de angelica factur. ⁊ sic lumē celi ad
tropicos mundi cōuertiť motu suo: sic ad istos tropos
tropici conuertunť. ¶ Sol iterū.] In ista tractat de tro-
pico capricorni. Et dicit ꝙ sol iterū stans in primo pun-
cto capricorni siue solstitij hyemalis per motuz firma-
menti describit quendā circulū qui descriptus est vlti-
mo a sole ex parte poli antarctici. ⁊ diciť circulus solsti-
tij hyemalis vel tropicus hyemalis. qa tunc sol conuer-
titur ad nos. Juxta quod debetis scire ꝙ ista cōuersio
solis de tropico ad tropicū est causa actus ⁊ priuationis
entiū que sunt in mundo isto. vt dicit Mesalach in libro
de virtute motoris de tropico ad tropicum. vt mouetur
lumen celi. sic actus ⁊ priuatio est in rebus. Et cuz quie-
scet motu dei inferioris mūdi oīa subuerteť. ¶ Aliud
hoc debetis scire ꝙ sile est de ista ꝯuersione solis de tro-
pico in tropicū sicut est de conuersione spiritus vitalis
generati in corde ad duo mēbra principalia. Nam sicut
spiritus vitalis ꝓueniens ad cerebrū perficit actuz vir-
tutis vitalis. sic proueniens ad epar perficit et roborat
virtutē naturalē. perueniens ad genitalia virtutē gene-
ratiuā: sic sol existens in ariete qui in celo se habet loco
cordis: quia sicut cor est positū in medio aialis: ⁊ est ca-
lide ⁊ sicce complexionis ⁊ pncipiū vite. Sic aries est
positus in medio mūdi. ⁊ est calide et sicce cōplexionis
⁊ principiū circuli. Unde cum moueť sol de corde. s. de
ariete ad cancrū qui se habet in circulo loco cerebri: vt
superius dixi vobis cū est in cancro siue in tropico estiu-
uali dat perfectionē gñati ex vegetabilibus in vere: de-
scendens de isto tropico veniens ad libraz que se habet
in celo loco epatis: qa sicut epar est principium calide ⁊
humide complexionis et ponitur in oppositione cordis
vt et resistat sui humiditate: sic Libra est calide et hu-
mide complexionis ⁊ opponiť arieti. Unde cuz sol fue-
rit in libra confortat virtutes naturales eo ꝙ tunc inci-
pit declinare. ⁊ per consequens continens infrigidare.
Unde ex frigido vigorantur naturales virtutes. Unde
Hippocras ventres hyeme ⁊ vere calidissimi sunt natu-
ra ⁊ somni longissimi ⁊c. perueniens sol ad tropicum ca-
pricorni humiditates vegetabiliū que sunt materia ge-
nerationis ipsorum vniuntur ⁊ multiplicanť in radici-
bus per virtutem attractiuā: ⁊ sicut tropicus capricorni
est vicinior locis discensionis solis: sic membra genita-
lia ⁊ radices vegetabilium sunt vltima loca nature ge-
nerationis. Ideirco dicebat Almasor in suis Aforismis
ꝙ vita hoīum aīatorū est gratia solis ⁊ lune. Gratia so-
lis: scilicet per conuersionem ipsius de tropico ad tro-
picum. gratia lune inquantū scilicet ipsa est subiectū oīuz
influentiarum celestium corporū. ¶ Cum autez zodia-
cus.] In ista parte Auctor tractat de circulo arctico hec
pars posset diuidi. sed non curo. Legatis totum simul.
Et dicit ꝙ cuz zodiacus declinet ab equinoctiali polus
ipsius declinabit a polo mūdi: ⁊ cum octaua sphera mo-
uetur: ⁊ zodiacus qui est pars octaue sphere mouebitur
circa axem mundi ⁊ polus zodiaci circa polum mundi
mouebitur. et ille circulus quem describit polus zodia-
ci circum polum arcticum: dicitur circulus arcticus.
¶ Ille vero circulus.] In ista parte tractat de circulo
antarctico et dicit ꝙ ille circulus quem describit alter
polus zodiaci circa polum mundi antarcticum dicitur
circulus antarcticus. ¶ Circa istā partez debetis intel-
ligere ꝙ poli mundi possunt accipi altero istoruz duoꝝ
modoꝝ. Uno modo astrologice vt Ptolome⁹ ⁊ omnes
astrologi accipiunt. s. pro punctis terminantibus axem

fiue lineā imaginatā. Alio modo propotentiȷs ſeparatorum qui ſunt in corde ſeptētriōis: vt accipit Salomon in lib° de vmbris idearū. vbi ad lrām ſic dicit. O arctici manes. O antarctici diuinitate ppulſi. cur tante nature nobilitas videt̄ cōſtringi ſpecifico minerali: Juxta qd̄ debetis intelligere ꝙ ſunt quedā intelligentie extra ordinē gratie que tenent pr̄tē ſeptētrionalē ⁊ dominātur a circulo arctico: ⁊ ſunt nobiliores nāe. Et ſunt alie intelligentie que ſunt meridionales que dominātur a polo mundi antarctico. Unde iſti dant reſponſa in imaginibus mineralium: vt in Jdolis aliqui aureis: aliqui argēteis: aliq ſtānneis: ⁊ ſic de aliȷs. Jccirco dicebat Salomon. O arctici manes .i. diabolici. O antarctici diuinitate propulſi: cur tante nature nobilitas videt̄ ꝯſtringi ſpecifico minerali. ¶ Circo iſtā partē eſt vna breuis dubitatio. vtrū videlicet iſti poli moueant̄ vel ſint immobiles: ⁊ videt̄ ꝙ moueant̄ vnica ratione. Moto toto ⁊ partes mouent̄: ſed poli mūdi ſunt partes celi. ergo nō ſunt imobiles ſed mouent̄. Maior huiꝰ rationis eſt nota: declaro minorē: qꝛ moto celo nō eſt dare in eo partem imobilem: ergo poli mundi mouentur ⁊ non quieſcunt. ¶ Dico breuiter ad queſtionē ꝙ poli mundi pñt conſiderari altero duorum modorum. Uno modo punctaliter: ⁊ ſic poli dicuntur immobiles ⁊ probat̄: qꝛ poli mundi ſunt puncta axem terminantia: ſed puncta ſunt indiuiſibilia. ſed omne indiuiſibile eſt imobile. ergo poli mundi put ſunt puncta terminantia axem ſiue lineā imaginatam ſunt imobiles. Alio modo poſſunt ꝯſiderari ſub latitudine: prout eſt circulus imaginatus: ⁊ ſic mouent̄ vt pr̄tes celi: ⁊ ſic ſoluit̄ ratio. ¶ Quāta ergo.] Jn iſta parte vt dicebat̄ duo concludit. Et diuidit̄ iſta pars in duas. Nam in prima ꝯcludit polorum diſtantiā ⁊ maximā ſolis declinationem eſſe equales. Et in ſecunda concludit diſtantiam tropici cancri ⁊ circuli arctici eſſe duplā ad maximā ſolis declinationē. Secūda pars icipit ibi. [Cū aūt circulus.] Prima pars poſſet diuidi ſed nō curo. Legatis totū ſimul. Et dicit quāta eſt maxima declinatio ſolis tantū diſtat polus mūdi ad polū ꝺodiaci qd̄ ſic pōt demōſtrari. Accipiat̄ dicit ipſe polus qui diſtinguit ſolſtitia: qui tranſit per polos mundi ⁊ ꝺodiaci. Cum igit̄ omnes quarte vnius ⁊ eiuſdē circuli ſint equales: quarta huius coluri que eſt ab equinoctiali vſqꝫ ad polū mūdi erit equalis quarte eiuſdē: ⁊ quarta coluri que eſt a primo puncto cancri vſqꝫ ad polū ꝺodiaci. Ergo concludit ⁊ dicit. Accepto ab illis cōmune arcu qui eſt a primo puncto cancri vſqꝫ ad polū mūdi: reſidua erunt equalia. ſ. maxima ſolis declinatio ⁊ diſtantia poli mundi ad polū ꝺodiaci. ¶ Eſt autem circulus.] Jn iſta parte concludit diſtantiam tropici cancri ⁊ circuli arctici eſſe duplam ad maximā ſolis declinationem. Et poſſet iſta pars diuidi: ſed non curo. Legatis totum ſimul: ⁊ dicit ꝙ circulus arcticus diſtat equaliter a polo mundi ſm̄ omnem ſui partem. Patet ꝙ pars coluri que eſt inter primū punctum cancri ⁊ circulum arcticum fere eſt dupla ad maximam ſolis declinationem ſiue ad arcum eiuſdē coluri que intercipit̄ inter circulum arcticum ⁊ polum antarcticū: qui equalis eſt maxime declinationi ſolis. Cum iſte colurus ſicut aliȷ circuli ſit in ſphera .360. gra. Quarta pars eius erit nonaginta. Cum igit̄ dicit ipſe maxima ſolis declinatio ſm̄ Ptolomeum ſit vigintitres gradus: ⁊ quinquaginta vnius minutorum: ⁊ totidem graduum ſit arcus interceptus inter arcticum circulum ⁊ polū arcticū: ſed omnia iuncta fere faciunt .48. graduum: qui ſi ſubtrahant̄ a .90. gra. reſiduū erunt .42. gra. Tātus eſt arcꝰ coluri qui eſt inter primum punctum cancri ⁊ circulū arcticum: ⁊ ſic patet ꝙ idem arcticus fere duplus eſt ad maximā ſolis declinationem: ⁊ hoc eſt qd̄ dicit: demonſtratione iſtā videatis i ſphera. ¶ Juxta qd̄ debetis itelligere ꝙ Salomō in libro de vmbris idearū concludit iſtam diſtantiā. ſ. tropici cancri ⁊ circuli arctici eſſe duplum ad maximam ſolis declinationē. vbi ad litteram ſic dicit. Sicut diſtātia tropi. Stelle lune: ⁊ poli arctici ad maximum declinationis vite celi dicit̄ eſſe dupla: ſic floron ad iſiuitus eſt diſtantia in virtute. Juxta qd̄ debetis intelligere ꝙ inter iſtas intelligentias eſt dare ordinem nature quāuis non gratie: ordo quidem nature eſt quo dignior eſt ſuperior inferiori. Unde floron fuit de hierarchia cherubin: ⁊ eſt ſpiritus nobiliſſime nature qui conſtringit̄ in ſpeculo calibis maiori inuocatione. Hic vo nouit multa ſecreta nature. Hic vere fuit ille qui decepit regem Manfredum dicens. Vinces. non morieris. Et illum Ferrarienſem reſpondens ei. caput tuū eleuabit̄ ſuper omnes. ⁊ illum de prouintia querens reſponſum vtrum Theſaurus eſſet in loco qui reſpondēs dicens vade vade inuenies Theſaurū qd̄ non deficiet in vita tua. Jſte dixit ſecus ⁊ abiȷt. ⁊ cū effoderet in cauerna montis reperiit quatuor vncias auri. tenēs in manu aduenit ruina ⁊ cooperuit eum: ⁊ ſic mortuus fuit. ſociȷ uenerunt excoperiendo inuenerunt iſtum mortuū cum auro in manu. ⁊ dixerunt: recte dixit Floron ꝙ tu habebis aurum qd̄ nō deficiet in vita tua. Unde caueatis ab eis qꝛ vltima intentio ipſorum eſt in opprobriū domini noſtri Jeſu chriſti decipere chriſtianos. ¶ Notādū ⁊c.] Jn iſta parte Auctor tractat de ꝺonis. Et diuidit̄ iſta pars in duas. Nam in prima tractat de quinque paralellis. Et in ſecūda de ꝺonis. Secunda ibi. [Notandū etiam ꝙ quatuor.] Dicit de iſta parte ꝙ eſt ſciēdū ꝙ equinoctialis cū quatuor circulis minoribus dicunt̄ quinque paralelli .i. equediſtantes nō qꝛ quātū diſtat primus a ſcd̄o tātū diſtat ſecundus a tertio: qꝛ hoc eſt falſum vt prius patuit. ſed qꝛ quilibet duo circuli ſimul accepti ſm̄ quālibet ſui partem equaliter diſtent adinuicem. Et dicitur paralellus equinoctialis paralellus ſolſtitiȷ eſtiualis. ⁊ paralellus ſolſtitiȷ hyemalis ⁊ paralellus arcticus ⁊ paralellus antarcticꝰ. ¶ Juxta qd̄ debetis itelligere ꝙ iſti paralelli intellecti in firmamento diſtinguunt quinque ꝺonas ſiue regiōes i terra: ⁊ dicit̄ paralellus a para qd̄ eſt iuxta ⁊ lelle qd̄ eſt mēſura. Unde paralellus iuxta meſura.

¶ Notandū etiam ꝙ quatuor paralelli minores: ſcilꝫ duo tropici ⁊ paralellus arcticꝰ: ⁊ paralellus antarcticꝰ diſtiguūt in celo qnque ꝺonas ſiue regiōes.



Uñ Virgilius i georgicis. Quinque tenēt celū ꝺone: quarū vna corruſco Semp ſole rubens: ⁊ torrida ſemp ab igni. Diſtiguunt̄ etiā totidē plage in terra directe predictis ꝺonis ſuppoſite. Unde Ouidius pr̄io metamorphoſeos. Totidēqꝫ plage tellure premunt̄. Quarum que media ē nō eſt habitabilis

estu: Nix tegit alta duas: totidē inter vtrasqz locauit. Temperiemqz dedit mixta cum frigore flamma. Illa igitur zona que est inter duos tropicos dicitur inhabitabilis propter calorē solis discurrentis semper inter tropicos. Similiter plaga terre illi directe supposita dicit inhabitabilis propter calorem solis discurrentis super illā. Ille vero due zone que circūscribūtur a circulo arctico: et circulo antarctico circa polos mūdi inhabitabiles sunt, propter nimiā frigiditatem: quia sol ab eis maxime remouetur: similiter intelligendū est de plagis terre illis directe suppositis. Ille autem due zone quarum vna est inter tropicum estiuum et circulum arcticum et reliqua que est inter tropicum hyemalē et circulū antarcticum habitabiles sunt: et temperata caliditate torride zone existentis inter tropicos et frigiditate zonarum extremarum que sunt circa polos mundi. Idem intellige de plagis terre illis directe suppositis.



¶ In ista parte tractat de zonis. Et diuidit̄ ista pars in partes quatuor. Nam in prima ostēdit quomodo isti paralelli quatuor distinguūt quinque zonas. Et in secunda hoc probat auctoritate Virgilii. Et in tertia ostēdit quomodo iste zone siue plage distinguunt̄: et que est habitabilis et que inhabitabilis auctoritate Ouidii. Et in quarta exponit concludendo. Secūda ibi [Unde Virgilius.] Tertia ibi [Distinguuntur.] Quarta ibi [Illa ergo zona &c.] Dicit de prima parte quod est notandū quod quatuor paralelli minores. s. duo tropici et paralellus arcticus: et paralellus antarcticus distinguunt in celo quatuor zonas siue regiones. ¶ Iuxta quod debetis itelligere quod iste quinque zone mundi solent distingui: quarum vna in medio mundi sub equinoctiali et illa dicit̄ torrida et inhabitabilis: alie sunt due extreme zone que sunt sub polis mūdi. et sunt inhabitabiles pre nimio frigore: quia sol non calefacit partes illas. quia nō accedit ad illas nisi a longe. Alie due zone medie dicunt̄ temperate ex calore zone torride. et ex frigido frigidarum. Et hoc est quod dicebat Plato quod tres erāt inhabitabiles: et due habitabiles: sed istud nō ab omnibus tenet̄: sed falsum credo esse quod omitto gratia breuitatis. ¶ Unde Virgilius.] In ista parte probat auctoritatem Virgilii: et dicit quod quinque zone tenent celū: vna quarū rubens sole rutilante et torrida: zona semper ab igne. Iuxta quod debetis intelligere quod Plato Virgilius et Ouidius fuerunt istius opinionis: quod ista torrida zona esset ihabitabilis. Ptolomeus et Auicenna tenent contrarium. sed hic me non dilato: quia intē do vobis generaliter disputare vbi videbitis veritatē istius dubitationis. ¶ Distinguunt̄.] In ista parte ostēdit quomodo iste plage siue zone distinguunt̄. et que sit habitabilis et que inhabitabilis auctoritate Ouidii. et dicit quod distinguunt̄ iste zone siue plage terre directe supposite predictis zonis in celo. vt dicit Ouidius: totidemqz plage tellure premunt̄. vna quarū que media est. inhabitabilis est propter nimiū calorem: et frigus intensum tenet duas alias sicut natura locauit. Alie vero due sunt tēperate ex frigido mixto cū calore. ¶ Circa istam partem debetis intelligere quod causa quare regio redditur inhabitabilis duplex est. s. essentialis et accidentalis: essentialis que prouenit ex habitudine compassionis terre ad celū: vt sunt loca sub polis mundi. que loca sol oblique vel indirecte respicit. ideo inhabitabilia redduntur propter frigus. vt habetur in libro de natura locorum. Alia est causa accidentalis. vt quandoqz aliqua loca sunt sulfurea et incensa: et ideo hoc tangit phus in libro de proprietatibus elementorum. ¶ Sed posset queri quare quādoqz sunt alique ciuitates. castra: et ville. que aliquibus temporibus no possunt habitari et quandoqz habitant̄ et cū magna sospitate gentium. Dicendū est quod omnis ciuitas castrum vel villa habet ascendens sub quo fuit edificata quod quidem ascendens se habet ad illaz sicut anima ad corpus. Unde possibile est quod in reuolutionibus annorū mundi cum ascendente ciuitatis sit aliquis planetarū malorū qui facit pestilentiā in aere illius ciuitatis. aut dominus ascendentis sit cadens ab oriente impeditus: et sic possunt per multa tempora ista loca esse inhabitabilia: et econuerso quandoqz in reuolutionibus annorū mundi significator pōt esse fortunatus: et sic potest illa ciuitas habitari. Unde fuit pestilentia in Romādiola duobus annis si fuisset aliis duobus multe ciuitates fuissent inhabitate. ¶ Illa ergo zona.] In ista parte exponit ostendendo que sunt zone habitabiles et que inhabitabiles. Et diuiditur ista pars in tres. Nā in prima ponit torridā zonam esse inhabitabilem. Et in secunda zonas que sunt sub polis. Et in tertia ponit illas que sunt habitabiles. Secunda pars incipit ibi [Ille vero due zone.] Tertia ibi [Ille aūt due zone.] Dicit de ista parte quod illa zona que est inter tropicos duos dicit̄ inhabitabilis propter nimium calorem solis qui semper mouet̄ sup illā. ¶ Ille due zone &c.] Dicit in ista parte quod ille due zone que sunt sub polis mundi inhabitabiles sunt propter nimiam frigiditatem: quia sol ab eis maxime mouetur: similiter dicit ipse est intelligendum de plagis terre illis suppositis. ¶ Ille autem.] In ista parte ostēdit que sunt zone que habitant̄. et dicit quod ille due zone vna quarū est posita inter tropicū estiualem et circulū arcticum. et alia que inter tropicum hyemalem et circulū antarcticum habitantur et sunt temperate a caliditate torride zone que existit inter duos tropicos et a frigiditate zonarum extremarum que sunt circa polos. idem est intelligendum de plagis terre illis suppositis: et hoc est quod dicit. ¶ Circa istam partem debetis intelligere quod sicut dicit Hermes in libro suo de proprietatibus locorum. vbi dicit de zona habitabili que est nobis occulta. Et diuidit̄ in tres partes. s. Asiam: Africam: et Europā. Asia a septentrione per occidentem vsqz ad meridiem. Europa ab occidēte vsqz ad septentrionē. Africa a meridie vsqz ad occidentem extenditur. In asia vero est paradisus terrestris omni amenitate fulcitus in quo est lignum vite: et qui comedit de tali fructu in statu imortalitatis permanet: in eo vero est fons qui diuiditur in quatuor flumina. que sūt Jeon. Syon. Tigris et Eufrates.

Post paradisum est India que habet .44.^or regiones & multos populos. Sunt ibi montes altissimi quorum cacumina tangunt ethera. Sunt ibi homines duorum cubitorum qui preliant quotidie contra grues: in tertio anno pariunt. & in octavo senescunt. Sunt ibi homines qui dicuntur Macrobias qui sunt duodecim cubitorum qui plures habent contra Griphos. Sunt Agraras & Baracinos qui amore alterius vite proiciunt se in ignem. Sunt alij qui patres mactant senio detentos: qui eorum carnes parant ad epulandum: & impius dicitur qui hoc facere negat. Sunt autem alij qui pisces crudos comedunt. & mare salsum bibunt. Sunt ibi quedam monstra que bestijs simulantur: vt qui vulsas habent plantas: & septem digitos in pede. Sunt ibi Monoculi & Arimaspi & Ciclopes qui tantum vnum pedem habent & ambulant: qui cum iacent in terra cooperiunt se planta pedis. Sunt ibi aliqui qui habent canina capita & vngues ad humeros: & vestes pecudum & latratus canum. Sunt ibi femine que quinquies pariunt velut canum partum habent. Sunt alij absque capite quibus oculi sunt in humeris: pro naso & ore duo foramina in pectore. setas habent vt bestie. Sunt alij iuxta fontes Gagatos qui viuunt solo odore cuiusdam pomi qui si longe vadunt portant pomum: & si fetidum odorem trahunt statim moriuntur. Multa alia ponit que hic non habent locum ponendi. hoc teneatis gratia breuitatis.

¶ Capitulum Tertium. De ortu & occasu signorum: de diuersitate dierum & noctium: & de diuersitate climatum.

Signorum autem ortus & occasus dupliciter accipitur: quoniam quantum ad Poetas: & quantum ad Astronomos. Et igitur ortus & occasus signorum quo ad poetas triplex. s. chosmicus: chronicus: & heliacus. Chosmicus enim ortus siue mundanus est quando signum vel stella supra orizontem ex parte orientis de die ascendit: & licet in qualibet die artificiali sex signa sic oriantur: tamen antonomastice signum illud dicitur chosmice oriri cum quo & in quo sol mane oritur. Et hic ortus proprius & principalis & quotidianus dicitur. De hoc ortu exemplum in georgicis habetur: vbi docetur satio fabarum & milij in vere sole existente in tauro sic. Candidus auratis aperit cum cornibus annum. Taurus & aduerso cedens canis occidit astro. Occasus vero chosmicus est respectu oppositionis. s. quando sol oritur cum aliquo signo: cuius signi oppositum occidit chosmice. De hoc occasu dicitur in georgicis. vbi docetur satio frumenti in fine autumni sole existente in Scorpione: qui cum oriatur cum sole Taurus signum eius oppositum (vbi sunt pleiades) occidit sic. Ante tibi eoe athlantides abscondantur. Debita quam sulcis committas semina.

¶ Chronicus ortus: siue temporalis est quando signum vel stella post solis occasum supra orizontem ex parte orientis emergit chronice scilicet de nocte: & dicitur temporalis: quia tempus mathematicorum nascitur cum solis occasu. De hoc ortu habemus in Ouidio de ponto: vbi conqueritur moram exilij sui dicens. Quatuor autumnos pleias orta facit. Significans per quatuor autumnos quatuor annos transisse postquam missus erat in exilium. Sed Virgilius voluit in autumno pleiades occidere. ergo contrarij videntur. Sed ratio huius est quia secundum Virgilium occidunt chosmice. Secundum Ouidium oriuntur chronice: quod bene potest contingere eodem die. Sed differenter tamen quia chosmicus occasus est respectu temporis matutini. Chronicus vero ortus respectu vespertum est. Chronicus occasus est respectu oppositionis. Unde Lucanus sic inquit. Tunc nox thessalicas vrgebat parua sagittas.



¶ Heliacus ortus siue solaris est quando signum vel stella videri potest per elongationem solis ab illo: quod prius videri non poterat solis propinquitate. Exemplum huius ponit Ouidius in libro de fastis sic. Jam leuis obliqua subsedit aquarius vrna. Et Virg. in geor. Gnosiaque ardentis descendit stella corone. Que iuxta Scorpionem existens non videbatur: dum sol erat in scorpione. Occasus heliacus est quando sol ad signum accedit: & illud sua presentia & luminositate videri non permittit. Huius exemplum est in versu premisso. s. Taurus & aduerso cedens canis occidit astro.


Hec est tertia pars principalis istius tractatus. In qua primo auctor inducit duplicem ortum & occasum signorum: & in secunda prosequitur. Secunda ibi [Est igitur ortus &c.] Dicit de ista parte ortus & occasus signorum accipitur duobus modis. s. quantum ad poetas & quantum ad astrologos. Circa istam partem debetis intelligere: vt dicit Alchindus in libro de motu diurno. quia triplex est ortus signorum. s. ortus rationis: ortus ablationis paupertatis: & ortus figurationis. Juxta quod debetis intelligere quod ortum rationis appellat cum in ascendente fuerit aliquod signorum que dicuntur humana siue rationabilia: vt sunt Gemini. Virgo: & medietas prima Sagittarij. Unde cum aliquod istorum fuerit in ascendente erit tunc natus rationabilis: & eo fortius si dominus ipsius non fuerit impeditus. Unde dicit Alcmeon in suo libro de vnitate secreti vbi ad litteram sic dicit. Cum nati ascendens erit

signum aliquod humanorum: et eius dominus fortis in esse recte censet filius rationis: vt si aliquis haberet Geminos pro ascendente. et Mercurius in ipso haberet rationalitatem et scientias liberales: vt dicit Zeel in libro de natiuitatibus. In Geminis Mercurio ascendente inerit nato scientiarum series habitus rationis. Hoc idem facit in angulis si illuminat sagittarium. i. sagittarius. Hoc idem dicit Hermes primo de spe. et de lu. Ablationis ortum vocat: vt cum in ascendente erit aliqua de domibus Jouis. vt puta Sagittarium aut Pisces. Nam si aliquod istorum fuerit in oriente raro natus detinebitur paupertate: vt dicit Almansor in suis aforismis. Nunquam erit pauper et inops cuius dominus natus fuerit Jupiter: et Ptole. in centiloquio vix aut nunquam erit quin cuius ascendens fuerit Virgo aut piscis nõ sit occasio domini seu regni. Ortum figurationis vocant actiones vel aptatione celi ad imagines faciendas. vt si quis voluerit aliquas imagines operari oportet quod sub ascendente sue natiuitatis aut interrogationis ipsius perficiatur. exempli gratia. Si quis vellet facere imaginem in qua vellet responsum ab aliquo spiritu. oportet vt ascendat cor septentrionis siue cancer: quod est ascendens necromanticorum et aptare lunam et Saturnum et reliqua: vt dicitur in libro de mineralibus: et in talibus oportet vt fiant sub ascendente nati. Sed in imaginibus Thebit habetur quot sunt imagines que hic necessario requiruntur. ¶ Circa istam partem debetis duo breuia intelligere: quod pliades dicuntur a pluralitate: quia plures. et sunt in decimo gradu Tauri sub quo ciuitas Bononie fuit edificata. Et ciuitas Senarum iudicio meo in quibus euenit tanta nouitas: vt dixi vobis: et veniet. Adhuc Saturnus est in Tauro: cui deus sua potentia resistere dignetur.

¶ De ortu et occasu signorum secundum astrologos.


Sequitur de ortu et occasu signorum prout sumunt astronomi: et primo in sphera recta. Sciendum est quod tam in sphera recta quam obliqua ascendit equinoctialis circulus semper vniformiter. s. in temporibus equalibus equales arcus ascendunt. Motus enim celi vniformis est: et angulus quem facit equinoctialis cum orizonte obliquo non diuersificatur in aliquibus horis. Partes vero zodiaci non de necessitate habent equales ascensiones in vtraque sphera: quia quanto aliqua zodiaci pars rectius oritur: tanto plus temporis ponitur in suo ortu. Unius signum est: quia sex signa oriuntur in longa vel in breui die artificiali: similiter et in nocte.

Idcirco dico quod omnis oppositio per respectum dicitur esse mala. Alio modo dicitur seu sumitur necromantice: vt accipit ipsam Hipparcus in libro de rebus vt ad literam sic dicitur. Remotior sit ab elementis: idcirco dignior est oppositio crucialis. In ista parte debetis intelligere quod spiritus qui sunt extra ordinem gratie aliqui tenent elementa. Et aliqui sunt in elemento ignis. Aliqui in elemento aeris. Aliqui in elemento terre. Illi (qui sunt in igne) aliquando inflammant aerem horribili flamme. Ut videtur quasi columna ignea venire de celo: et hoc apparet in exercitu de nocte cum prelium ordinatur: quia demones stant ad recipiendum animas: idcirco maximum periculum est pro anima mori in prelio campestri nisi pugna sit pro fide Christi. Aliqui tenent aerem vt quandoque videtis nubes terribiles subito in aere apparere que apparet in similitudine animalium. vt leonum. serpentum draconum: et sic de alijs. Aliquando videtis volutiones sine circulatio pulueris in aere eleuari. Alij tenent terram: et hi vadunt quandoque in forma peregrinorum. et in forma pauperum: et quandoque mulieris fatue. et mittunt discordias inter gentes: quandoque vadunt de nocte vt aliquotiens audietis horribiles clamores. in quibus clamoribus videtur quod infinita coria sicca trahantur per terram. Unde cum talia apparent in ciuitate raro fallunt. quin in illis nouitates et detrimenta contingunt. Unde cum dicit Hipparcus quod cum remota sit ab elementis. i. isti spiritus elementares qui sunt de minori hierarchia: idcirco nobilior est oppositio circularis crucialis. s. spiritus qui sunt in oriente. occidente. septentrione. et meridie. quorum proprietates hic taceo. cum non sit locus.



¶ Notandum igitur quod ort⁹ vel occasus alicuius signi nihil aliud est quam illam partem equinoctialis oriri que oritur cum illo signo oriente: vel ascendente supra orizontem: vel illam partem equinoctialis occidere que occidit cum aliquo signo occidente. i. tendente ad occasum sub orizonte. Signum autem recte oriri dicitur cum quo maior pars equinoctialis oritur: oblique vero cum quo minor. Similiter etiam intelligendum est de occasu. ¶ Et est sciendum quod in sphera recta quarte zodiaci incohate a quatuor punctis: duobus. s. solstitialib⁹ et duobus equinoctialibus adequantur suis ascensionibus. Idest quantum temporis consumit quarta zodiaci in suo ortu: in tanto tempore quarta equinoctialis illi conterminalis peroritur: sed tamen partes illarum quartarum variantur: neque habent equales ascensiones: sicut iam patebit. Est enim regula: quilibet duo arcus zodiaci equales et equaliter distantes ab aliquo quatuor punctorum iam dictorum equales habent ascensiones. ¶ Et ex hoc sequitur quod signa opposita equales habent ascensiones. Et hoc est quod dicit Lucanus loquens de processu Catonis in Libyam versus equinoctialem. Non obliqua meant: nec Tauro rectior exit Scorpi⁹: aut Aries donat sua tempora libre: Aut astrea iubet lentos descendere pisces: Par geminis chiron: et idem quod charcinus ardens Humidus egloceros: nec plus Leo tollitur vrna. Hic dicit Lucanus quod


existentibus sub equinoctiali signa opposita equales habent ascensiones & occasum. Oppositio autem signorum habetur per hunc versum. Est li ari scor tau sa gemi capri can alc pis vir. ¶ Et notandum ꝙ non valet talis argumentatio. Isti duo arcus sunt equales: & simul incipiunt oriri: & semper maior pars oritur de uno q̄ de reliquo: ergo ille arcus citius perorietur cuius maior pars semper oriebatur. Instantia huius argumentationis manifesta est in partibus predictarum quartarum. Si enim sumatur quarta pars zodiaci: que est a principio arietis usque ad finem geminorum: semper maior pars oritur de quarta zodiaci q̄ de quarta equinoctialis sibi conterminali: & tamen ille due quarte simul perorientur. Idem intellige de quarta zodiaci que est a principio libre usque in finem sagittarij. Item si sumatur quarta zodiaci que est a principio cancri usque in finem virginis: semper maior pars oritur de quarta equinoctialis q̄ de quarta zodiaci illi conterminali: & tamen ille due quarte simul perorientur. Idem intellige de quarta zodiaci que est a primo puncto capricorni usque in finem piscium. ¶ In sphera autem obliqua sinc declin due medietates zodiaci adequantur suis ascensionibus. Medietates dico que sumuntur a duobus punctis equinoctialibus: quia medietas zodiaci: que est a principio arietis usque in finem virginis oritur cum medietate equinoctialis sibi conterminali. Similiter alia medietas zodiaci oritur cum reliqua medietate equinoctialis. ¶ Partes autem illarum medietatum variantur secundum suas ascensiones: quoniam in illa medietate zodiaci: que est a principio arietis usque in finem virginis semper maior pars oritur de zodiaco q̄ de equinoctiali: & tamen ille medietates simul perorientur. E converso contingit in reliqua medietate zodiaci: que est a principio libre usque ad finem piscium: semper enim maior pars oritur de equinoctiali q̄ de zodiaco: & tamen ille medietates simul perorientur. Unde hic patet instantia facta manifestior contra argumentationem superius dictam. Arcus autem qui succedunt arieti usque ad finem virginis in sphera obliqua minuunt ascensiones suas supra ascensiones eorundem arcuum in sphera recta: quia minus oritur de equinoctiali. Et arcus qui succedunt libre usque ad finem piscium in sphera obliqua augent ascensiones suas supra ascensiones eorundem arcuum in sphera recta: quia plus oritur de equinoctiali. Augent dico secundum tantam quantitatem in quanta arcus succedentes arieti minuunt. Ex hoc patet ꝙ duo arcus equales & oppositi in sphera declini habent ascensiones suas iunctas equales ascensionibus eorundem arcuum in sphera recta simul sumptis: quia quanta est diminutio ex una parte tanta est additio ex altera. Licet enim arcus inter se sint inequales: tamen quantum unus minor est tantum recuperat alius. & sic patet adequatio. ¶ Regula quidem est in sphera obliqua ꝙ quilibet duo arcus zodiaci equales & equaliter distantes ab alterutro punctorum equinoctialium equales habent ascensiones. ¶ Ex dictis etiam patet ꝙ dies naturales sunt inequales.



Est enim dies naturalis revolutio equinoctialis circa terram semel cum tanta zodiaci parte quanta interim sol pertransit motu proprio contra firmamentum. Sed cum ascensiones illorum arcuum sint inequales: ut patet per predicta tam in sphera recta q̄ in obliqua: & penes additamenta illarum ascensionum considerentur dies naturales: illi de necessitate erunt inequales. In sphera recta propter unicam causam. s. propter obliquitatem zodiaci. In sphera vero obliqua propter duas causas. s. propter obliquitatem zodiaci: & obliquitatem orizontis obliqui. Tertia solet assignari causa eccentricitas circuli solis. ¶ Notandum etiam ꝙ sol tendens a primo puncto capricorni per arietem usque ad primum punctum cancri raptu firmamenti describit. clxxxij. parallellos: qui etiam paralelli & si non omnino sint circuli sed spire (cum tamen non sit in hoc error sensibilis) in hoc visu non constituantur: si circuli appellentur: de numero quorum circulorum sunt duo tropici: & unus equinoctialis. Item iam dictos circulos describit sol raptu firmamenti descendens a primo puncto Cancri per Libram usque ad primum punctum Capricorni. Et isti circuli dierum naturalium circuli appellantur. Arcus autem (qui sunt supra orizontem) sunt arcus dierum artificialium. Arcus vero (qui sunt sub orizonte) sunt arcus noctium. In sphera igitur recta cum orizon sphere recte transeat per polos mundi: dividit omnes circulos istos in partes equales. Unde tam sunt arcus dierum:

UNIVERSITARIA SEVILLA

quanti sunt arcus noctium apud existentes sub equinoctiali. Unde patet quod existentibus sub equinoctiali in quacumque parte firmamenti sit sol est semper equinoctium. In sphera autem declini orizon obliquus dividit solum equinoctialem in duas partes equales. Unde quando sol est in alterutro punctorum equinoctialium: tunc arcus diei equatur arcui noctis: et est equinoctium in universa terra. Omnes vero alios circulos dividit orizon obliquus in partes inequales: ita quod in omnibus circulis: qui sunt ab equinoctiali usque ad tropicum cancri et in ipso tropico cancri: maior est arcus diei quam noctis: id est arcus supra orizontem quam sub orizonte. Unde in toto tempore quo sol movetur a principio arietis per cancrum usque in finem virginis maiorantur dies supra noctes: et tanto plus quanto magis accedit sol ad cancrum: et tanto minus quanto magis recedit. E converso autem se habet de diebus et noctibus dum sol est in signis australibus. In omnibus aliis circulis quos sol describit inter equinoctialem et tropicum capricorni maior est circulus sub orizonte et minor supra: unde arcus diei est minor quam arcus noctis. Et secundum proportionem arcuum minorantur dies supra noctes: et quanto circuli sunt propinquiores tropico hyemali: tanto magis minorantur dies. Unde videtur quod si sumantur duo circuli equidistantes ab equinoctiali ex diversis partibus quantus est arcus diei in uno: tantus est arcus noctis in reliquo. Ex hoc sequi videtur quod si duo dies naturales sumantur in anno equaliter remoti ab alterutro equinoctiorum in oppositis partibus: quanta est dies artificialis unius: tanta est nox alterius: et econverso. Sed hoc est quantum ad vulgi sensibilitatem in orizontis fixione. Ratiocinium per adeptionem solis contra firmamentum in obliquitate zodiaci verius diiudicat. ¶ Quanto quidem polus mundi magis elevatur supra orizontem: tanto maiores sunt dies estatis quando sol est in signis septentrionalibus. Sed econverso quando est in signis australibus: tanto enim magis minorantur dies supra noctes. ¶ Notandum etiam quod sex signa (que sunt a principio cancri per libram usque in finem sagittarii) habent ascensiones suas in sphera obliqua simul iunctas maiores ascensionibus sex signorum (que sunt a principio Capricorni per arietem usque ad finem Geminorum. Unde illa



sex signa prius dicta dicuntur recte oriri: ista vero sex oblique. Unde Virg. Recta invenit: obliqua caduntur a sidere cancri Donec tenet chiron: sed cetera signa Nascuntur prono: descendunt tramite recto. Et quando est nobis maxima dies in estate. scilicet sole existente in principio cancri: tunc oriuntur de die sex signa directe orientia de nocte autem sex oblique. E converso quando nobis est minimus dies in anno. scilicet sole existente in principio Capricorni: tunc de die oriuntur sex signa oblique orientia de nocte vero sex directe. Quando autem sol est in alterutro punctorum equinoctialium: tunc de die oriuntur tria signa directe orientia: et tria oblique: et de nocte similiter. Est enim regula: quantumcumque brevis vel prolixa sit dies vel nox sex signa oriuntur de die et sex de nocte: nec propter prolixitatem vel brevitatem diei vel noctis plura vel pauciora signa oriuntur. Ex his colligitur: quod cum hora diei naturalis sit spatium temporis in quo medietas signi perorit: in qualibet die artificiali: similiter et in nocte sunt .xii. hore naturales. In omnibus autem aliis circulis (qui sunt a latere equinoctialis: vel ex parte australi vel septentrionali) minorantur vel maiorantur dies vel noctes secundum quod plura vel pauciora de signis directe orientibus vel oblique de die vel nocte oriuntur.

¶ De diversitate dierum et noctium que fit habitantibus in diversis locis terre.

Notandum autem quod illis (quorum zenith est in equinoctiali circulo) sol bis in anno transit per zenith capitis eorum. scilicet quando est in principio arietis: vel in principio libre. ¶ Et tunc sunt illis duo alta solstitia: quando sol directe transit supra capita eorum. Sunt iterum illis duo ima solstitia: quando sol est in primis punctis cancri et Capricorni: et dicuntur ima: quia tunc sol maxime removetur a zenith capitis eorum. ¶ Unde ex predictis patet: cum semper habeant equinoctium in anno quatuor habebunt solstitia: duo alta et duo ima. ¶ Patet etiam quod duas habent estates: sole. scilicet existente in alterutro punctorum equinoctialium: vel prope. Duas etiam habent hyemes. scilicet sole existente in primis punctis cancri et Capricorni vel prope. Et hoc est quod dicit Alphagranus: quod estas et hyems. scilicet nostre sunt illis unius et eiusdem complexionis: quoniam duo tempora (que sunt nobis estas et hyems) sunt illis due hyemes. Unde ex his versuum Lucani patet expositio. Deprensum est hunc esse locum: quo circulus alti Solstitii medium signorum percutit orbem. Ibi enim appellat Lucanus circulum alti solstitii equinoctialem: in quo contingunt

duo alta solstitia sub equinoctiali existētibus. Orbem signoꝝ appellat zodiacum: quem medium: id est mediatū hoc est diuisum in duo media equinoctialis percutit: id est diuidit. ¶ Illis etiā in anno cōtingit habere quatuor vmbras. Cum enī sol fit in alterutro pūctoꝝ equinoctialiū: tunc in mane iacit vmbra eoꝝ versus occidentē: in vespere vero econuerso. In meridie vero est illis vmbra perpendicularis cū sol fit supra caput eoꝝ. Cum autē sol est in signis septētrionalibus: tunc iacit vmbra eoꝝ versus austrum. Quando est in australibus: tūc iacit versus septentrionē. ¶ Illis autē oriunt̄ et occidūt stelle que sunt iuxta polos: sicut et quibusdam alijs habitantibus circa equinoctialē. Unde Lucanus sic inquit. Tunc furor extremos mouit romanus horestas Carmenosqȝ duces: quoꝝ iā flex⁹ in austrū Ether nō totā mergi tamē aspicit arcton: Lucet et exigua velox ibi nocte boo tes. Ergo mergit̄: et paruum lucet. Itē Ouidi⁹ de eadē stella. Tigit occeano custos erymāthidos vrse: Equoreasqȝ suo sidere turbat aq̄s. In situ autem nostro nunq̄ȝ occidūt ille stelle. Unde Uirgili⁹. Hic vertex nobis semper sublimis: at illū Sub pedibus styx atra videt manesqȝ ꝓfundi. et Lucanus. Axis in occiduus gemina clarissim⁹ arcton. Itē Uirg. in geor. sic inqt. Arctos occeani metuētes equore tingi.


Zenith sumit̄ duob⁹ modis vno modo sumitur pro angulo medij celi: vt accipit Zeel in libro de natura nati vbi sic dicit ad litteras Cum Mars in zenith fuerit: et dominans orienti nato infunit dignitatē ipsam cū crudelitatis habitu possidēdo. Juxta qḋ debetis itelligere q̄ cū Mars fuerit dominus ascendentis: et fuerit in angulo celi fortunat⁹ dat totā potentiā et dignitatē ipsis vtēdo cū impietate et crudelitate maxima: et nisi respiciat ab aliquo planeta beniuolo cito natus finiet dignitatē domini. vt patuit in dn̄o Joanne Uembene qui tribus annis Escularis fuit cū crudelitate maxima dominat⁹: postea expulsus. Deinde fuit mortu⁹ extra terrā. Unde semp Mars in tali dispositione dat dignitatē cū crudelitate: que dici pōt infortuniū potius q̄ȝ fortuniū. vt dicit Hermes de speculis et luce: vbi sic dicit ad lrām. Cum mars fuerit in. 10. id est in decima domo: domin⁹ ascēdētis dat nato dignitatē atqȝ potentiā q̄bus cuȝ iniuria et crudelitate vtet̄. Hoc vero infortuniū dicit̄ potius q̄ȝ fortuna. ¶ Alio mō sumit̄ zenith pro hierarchia separatoꝝ excellentioris nature. Ut accepit Hipparc⁹ in lib° de vinculo spiritus: vbi dicit ita ad lrām. O admirāda zenith et natura deifica occulta oculis humanoꝝ: q̄uis aurea specie ordo gratie sit ablatus: Tamen natura ordinis theos posuit principatum.

¶ Quoꝝ zenith est iter equinoctialē et tropicū cancri.

Illis aūt quoꝝ zenith est inter equinoctialē et tropicū cācri cōtingit bis in anno q̄ sol trāsit per zenith capitis eorū: qḋ sic patet. Intelligat circulus paralellus equinoctialis transiens per zenith capitis eoruȝ: ille circulus intersecabit zodiacū in duobus locis equidistantibus a pricipio cācri. Sol igit̄ existens in illis duob⁹ pūctis trāsit per zenith capitis eoꝝ. Unde duas habēt estates: et duas hyemes: quatuor solstitia: et quatuor vmbras sicut existētes sub equinoctiali. Et in tali situ dicunt quidā Arabiā esse. Unde Lucanus loquēs de arabibus venientibus Romā in auxiliū Pompeio dicit. Ignotū vobis arabes venistis in orbem: Umbras mirati nemoꝝ nō ire sinistras. Quū in partib⁹ suis quādoqȝ erāt illis vmbre dextre: q̄nqȝ sinistre: q̄nqȝ ꝑpēdiculares: q̄nqȝ orientales: q̄nqȝ occidētales. Sed quādo venerant Romam citra tropicuȝ cancri: tunc semp habebāt vmbras septentrionales.

¶ Quorum zenith est in tropico Cancri.

Illis siquidē quorū zenith est in tropico cancri cōtingit q̄ semel in anno trāsit sol per zenith capitis coꝝ: scilȝ qū est i prio pūcto cācri et tūc in vna hora diei vni⁹ toti⁹ anni est illis vmbra ꝑpendicularis. In tali situ dicit̄ esse Syene ciuitas Unde Lucan⁹. Umbras nusq̄ȝ flectente Syene hoc itellige in meridie vni⁹ diei: et per residuū totius anni iacitur illis vmbra septētrionalis.



Umbra perpendicularis.

¶ Quorum zenith est inter tropicuȝ Cancri et circulum arcticum.

Illis vero quoꝝ zenith est iter tropicū cancri: et circuluȝ arcticū: cōtingit q̄ solem sempiternū nō trāsit per zenith capitis eoꝝ: et illis semp iacit̄ vmbra versus septētrionē. Talis est situs noster. Nō tamē tantū etiā q̄ ethiopia vel aliqua pars ei⁹ est citra tropicuȝ cācri. Unde Lucan⁹. Ethiopūqȝ solū qḋ nō premeret̄ ab vlla Signiferi regiōe poli: in poplite lapso Ultima curuati ꝓcederet vngula tauri. Dicūt enī quidā q̄ ibi sumit̄ signū equiuoce pro duodecima parte zodiaci:

⁊ pro forma animalis q̃ sm maiorē partē sui est in signo: q̃ denominat. Unde taur⁹ cū sit in zodiaco sm maiorē sui partē: tn̄ extendit pe dem suū vltra tropicū cācri: ⁊ ita ꝑtinet ethiopiā: lȝ nulla pars zodiaci ꝑtinat eā. Si eni pes tauri (de quo loquit̄ auctor) extēderet̄ versus equinoctialē: ⁊ esset in directo arietis: vel alterius signi: tūc ꝑtineret̄ ab ariete vel virgine vel alijs signis: q̃ patet per circulū equinoctialē ꝑalellū ei circūductū per zenith capitis ipsorū ethiopū: ⁊ arietē ⁊ virginē vel alia signa. Sȝ cū ratio physica huic cōtrariet̄: nō enim essent deniḡrati si i tēperata nascerent̄ habitabili. Dicendū ꝙ illa pars ethiopie: de qua loquit̄ Lucanus est sub equinoctiali circulo: ⁊ ꝙ pes tauri de quo loquit̄: extēdit̄ versus equinoctialē. Sed distinguit̄ tūc in signa cardinalia ⁊ regiones. Naȝ signa cardinalia dicunt̄ duo signa in qbus ꝯtingūt solstitia: ⁊ duo in qb⁹ ꝯtingūt eq̄noctia. Regiones aūt appellant̄ signa itermedia. Et ꝑ hoc patet ꝙ cū ethiopia sit sub equinoctiali nō ꝑtinet̄ ab aliq̄ regione: sed a duobus signis tm̄ cardinalib⁹: scilicet ariete ⁊ libra.

¶ Quorum zenith est in circulo arctico.

Illis autē quorū zenith est in circulo arctico: cōtingit in quolibet die ⁊ tēpore anni ꝙ zenith capitis eorū ē idē cū polo zodiaci: ⁊ tunc habēt zodiacum sive eclipticā pro orizonte. Et hoc est q̃ dicit Alphagranus ꝙ ibi circulus zodiaci fiet̄ supra circulū hemisperij. Sed cū firmamentū cōtinue moueat̄ circulus orizontis intersecabit zodiacū in instanti: ⁊ cū sint maximi circuli in sphera intersecabūt se in partes equales. Unde statim medietas vna zodiaci emergit supra orizontē: ⁊ reliqua deprimit̄ sub orizonte subito: ⁊ hoc est q̃ dicit Alphagranus ꝙ ibi occidūt repēte sex signa: ⁊ reliq̄ sex oriuntur cū toto equinoctiali. Cū autēȝ ecliptica sit orizon illorū erit tropicus cācri totus supra orizonta: ⁊ totus tropic⁹ Capricorni sub orizonte: ⁊ sic sole existēte in primo pūcto cancri erit illis vna dies vigintiquatuor horarū: ⁊ quasi instans pro nocte: q2 in instanti sol trāsit orizōta: ⁊ statim emergit: ⁊ ille cōtractus est pro nocte. Econuerso contingit illis sole existente in primo puncto Capricorni. Est enim tunc illis vna nox vigintiquatuor horarum: ⁊ quasi instans pro die.

¶ Quorum zenith est inter circulum arcticum ⁊ polum mundi.

Illis aūt quorū zenith est īter circulū arcticū ⁊ polū mundi arcticū cōtingit ꝙ orizon illorū īersecat zodiacū in duobus punctis equidistantibus a pricipio cancri: ⁊ in reuolutione firmamēti contingit ꝙ illa portio zodiaci ītercepta semꝑ relinquit̄ supra orizontē. Unde patet ꝙ q̄ȝdiu sol est in illa portione ītercepta erit vnus dies ꝯtinuus sine nocte. ergo si illa portio fuerit ad quātitatē signi vnius erit ibi dies ꝯtinuus vni⁹ mēsis sine nocte: ad quātitatē duorū signorū erit duorū mēsiū: ⁊ ita deinceps. Itē cōtingit eisdē ꝙ portio zodiaci ītercepta ab illis duob⁹ punctis equidistātibus a pricipio Capricorni semper relinquit̄ sub orizonte: vnde cū sol est in illa portione ītercepta: erit vna nox sine die breuis vel magna sm quātitatē ītercepte portionis. Signa autē reliqua que eis oriunt̄ ⁊ occidunt: ꝑpostere oriunt̄ ⁊ occidunt. Oriuntur prepostere sicut taurus ante arietē: aries ante pisces: pisces ante aquariū. Et tamē signa his opposita oriunt̄ recto ordine: ⁊ occidunt ꝑpostere: vt scorpius ante librā. libra ante virginē ⁊ tamē signa his opposita occidunt directe illa scilȝ que oriebantur prepostere: vt taurus.


¶ Quorum zenith est in polo arctico.

Illis aūt quorū zenith ē in polo arctico ꝯtingit ꝙ illorū orizon est idē ꝙ equinoctialis. Unde cū equinoctialis intersecet zodiacū in duas ꝑtes equales: sic ⁊ illorū orizon reliquit medietatē zodiaci supra: ⁊ reliquā īfra. Unde cū sol decurrat per illā medietatē que est a pricipio arietis vsq3 in finē virginis: vnus erit dies ꝯtinuus sine nocte: ⁊ cum sol decurrit in illa medietate que est a pricipio libre vsq3 in finem pisciū erit nox vna continua sine die. Quare ⁊ vna medietas totius anni est vna dies artificialis: ⁊ alia medietas est vna nox. Unū totius annus est ibi vn⁹ dies naturalis. ¶ Sed cū ibi nunquā magis xviij. gradibus sol sub orizōte deprimat̄: videt̄ ꝙ illis sit dies cōtinuus sine nocte. Nā ⁊ nobis dies dicit̄ ante solis ortū supra orizōtem. Hoc aūt est quātū ad vulgarē sensibilitatē. Nō enim est dies artificialis quātū ad physicā rōnē nisi ab ortu solis vsq3 ad occasum eius sub orizonte. Ad hoc iterū ꝙ lux videt̄ ibi esse perpetua: quoniā dies est anteq̄ȝ leuet̄ Sol super terraȝ per. xviij. gradus: vt dicit Ptolome⁹. Alij vo magistri dicūt. xxx. s. ꝑ quātitatē vni⁹ signi. Dicēdū ꝙ aer est ibi nubilosus ⁊ spissus. Radi⁹

autem solaris ibi existens debilis virtutis ma-
gis de vaporibus eleuat quam possit consumere: vnde
aerem non serenat: et non est dies.

De diuisione climatum.

Imaginetur autem quidam circulus in super-
ficie terre directe supposit⁹ equinocia-
li. Intelligatur ali⁹ circulus in superficie
terre transiens per orientem et occidentem:
et per polos mundi. Isti duo circuli intersecant sese
in duob⁹ locis ad angulos rectos sphærales: et
diuidunt totam terram in quatuor quartas: quarum vna est
nostra habitabilis illa. s. que intercipitur inter semicir-
culum ductum ab oriente in occidentem per polum arcti-
cum. Nec tamen illa quarta tota est habitabilis: quoniam
partes illius propinque equinoctiali inhabitabi-
les sunt propter nimium calorem. Similiter partes ei⁹
propinque polo arctico inhabitabiles sunt pro-
pter nimiam frigiditatem. Intelligatur ergo vna li-
nea equidistans ab equinoctiali diuidens partes
quarte inhabitabiles propter calorem a partibus ha-
bitabilibus que sunt versus septentrionem. In-
telligatur etiam alia linea equidistans a polo arcti-
co diuidens partes quarte inhabitabiles: que
sunt versus septentrionem propter frigus a partib⁹
habitabilib⁹ que sunt versus equinoctialem. Inter
istas etiam duas lineas extremas intelligantur sex
linee parallelle equinoctiali: que cum duabus prio-
ribus diuidunt partem totalem quarte habitabilem
in septem portiones que dicuntur septem clima-
ta: prout in presenti patet figura.




Dicitur autem clima tantum spatium terre per quan-
tum sensibiliter variatur horologium. Dies namque
dies estiuus aliquantulus (qui est in vna regio-
ne) sensibiliter est minor in regione propinquio-
ri austro. Spatium igitur tantum quantum incipit dies
idem sensibiliter variari dicitur clima. Nec est idem horo-
logium cum principio et fine hu⁹ spatij obuiatum. Ho-
re enim diei sensibiliter variantur: quare et horologium.

Clima sumitur dupliciter. s. astrologice. et necroman-
tice. Astrologice vt hic accipitur. Necromanti-
ce: vt accipit Zoroastes qui fuit primus magice
artis inuentor. vbi ita dicit ad literam. Clima sunt
etiam admiranda. que cum carne mortuorum et huma-
no sanguine fidelior dant responsa. Iuxta quod debetis
intelligere quod isti quatuor spiritus magne virtutis qui stant in cru-
ciatis locis. s. in oriente: occidente: meridie. et septentrione:
quorum nomina sunt ista. Oriens: Amaymon. Paymon. et Egin:
qui spiritus sunt de maiori hierarchia. et habet vnusquisque sub se
25. legiones spirituum. Unde isti propter nobilitatem ipsorum namque appetunt
sacrificia ex sanguine humanorum: et carne similiter hominis mor-
tui vel catti. Sed ars ista Zoroastes non potest fieri sine ma-
gno periculo ieiunijs et orationib⁹ et omnibus que sunt contra fidem no-
stram. Unde cum ponitur sanguis human⁹ in concha enea tales
facta inuocatione veniunt. et hi spiritus vocantur climata. quia sicut
clima est eleuatio. sic hi spiritus sunt super omnes spiritus eleua-
ti. Non fuerunt climata nisi septem ratione septem planetarum
eo quod vnusquisque planeta dominatur suo climati. Nam Saturn⁹
dominatur in primo. Iuppiter in 2°. Mars in 3°. Sol in 4°. Uenus
in 5°. Mercuri⁹ in 6°. Luna in 7°. Et gentes habitantes in
climate sequuntur naturam planete dominantis. De hac materia supe-
rius dixi vobis: ideo replicare non intendo.

Medium igitur primi climatis est vbi maxima
diei prolixitas est. xiij. horarum: et eleuatio poli mun-
di supra circulum hemispherij gradibus. xvj. et
dicitur clima diameroes. Initium ei⁹ est vbi diei ma-
ioris prolixitas est. xij. horarum et dimidie et quarte
vnius hore: et eleuatur polus supra orizontem gra-
dib⁹. xij. et dimidie et quarte vnius gradus. Et
extenditur eius latitudo vsque ad locum vbi longitudo
prolixioris diei est. xiij. horarum et quarte vnius:
et eleuatur polus supra orizontem gradibus. xx. et
dimidio: quod spatium terre est. cccc.l. miliaria.
Medium autem secundi climatis est vbi maior dies
est. xiij. horarum et dimidie: et eleuatio poli supra
orizontem. xxiiij. graduum et quarte partis vnius
gradus. Et dicitur clima diasyenes. Latitudo vero
eius est ex termino primi climatis vsque ad locum
vbi fit dies prolixior. xiij. horarum et dimidie et quarte
partis vni⁹ hore: et eleuatur polus. xxv. gradib⁹ et dimi-
dio: et spatium terre est. cccc. miliariorum. Medium
tertij climatis vbi fit longitudo prolixioris diei. xiiij.
horarum: et eleuatio poli supra orizontem. xxx. graduum et di-
midij et quarte vni⁹ partis. et dicitur clima dialexandrios.
Latitudo ei⁹ est ex termino secundi climatis vsque vbi pro-
lixior dies est. xiiij. horarum et quarte vni⁹: et altitudo
poli. ccc.xx. graduum et duarum tertiarum: quod spatium terre
est. ccc.l. miliariorum. Medium quarti climatis est

vbi maioris diei ꝓlixitas est .xiiij. horarū ꝛ dimidie: ꝛ axis latitudo .xxxvj. graduū ꝛ duarū quītarū: ꝛ dr̄ diarhodos. Latitudo vero eius est ex termino tertij climatis vsqꝫ vbi ꝓlixitas maioris diei est q̄tuordecim horarum ꝛ dimidie: ꝛ q̄rte partis vni⁹: eleuatio aūt poli .xxxix. graduū: qḋ spatiū terre est .ccc. miliarioꝝ. Mediū quīti climatis est vbi maior dies est .xv. horarum: ꝛ eleuatio poli .xlj. gradus ꝛ tertie vni⁹: ꝛ dr̄ clima diaromes. Latitudo vero eius est ex termino quarti climatis vsqꝫ vbi ꝓlixitas diei est .xv. horarū ꝛ quarte vni⁹: ꝛ eleuatio axis .xliij. graduum ꝛ dimidij: qḋ spatium terre est .cclv. miliariorū. Mediū sexti climatis ē vbi ꝓlixior dies ē .xv. horarum ꝛ dimidie: ꝛ eleuat̄ polus supra orizōtē .xlv. gradib⁹ ꝛ duab⁹ quītis vni⁹. Et dicit̄ clima diaboristhenes. Latitudo vero ei⁹ est ex termino quīti climatis vsqꝫ vbi lōgitudo diei ꝓlixior est .xv. horarū ꝛ dimidie ꝛ q̄rte vni⁹: ꝛ axis eleuatio .xlvij. graduū ꝛ quarte vni⁹: q̄ distātia terre est .ccxij. miliariorū. Medium aūt septimi climatis est vbi maior ꝓlixitas diei ē .xvj. horarum: ꝛ eleuatio poli supra orizōtē .xlviij. graduum ꝛ duarū tertiarum. Et dr̄ clima diariphoeos. Latitudo vero ei⁹ est ex termino sexti climatis vsqꝫ vbi maxia dies est .xvj. horarum ꝛ q̄rte vni⁹: ꝛ eleuat̄ polus mūdi supra orizōtē quinquaginta gradib⁹ ꝛ dimidio: qḋ spatiū terre ē .clxxxv. miliarioꝝ. Ultra aūt huius septimi climatis terminum: lꝫ plures sint insule: ꝛ hominum habitationes: quicquid tamen sit: quāuis ibi sint habitatiōis sub climate nō cōputat̄.




His itaqꝫ inter terminū initialē climatū ꝛ finalē coṁuē diuersitas ē triū horarum ꝛ dimidie: ꝛ ex eleuatione poli supra orizōtē .xxxviij. graduū. Sic igit̄ pꝫ vniuscuiusqꝫ climatis latitudo a pricipio ipsius versus equinoctialē vsqꝫ in finem eiusdē versus polū arcticū: ꝛ ꝙ primi climatis latitudo ē maior latitudine scd̄i: ꝛ sic deinceps. Lōgitudo aūt climatis pōt appellari linea ducta ab oriēte in occidētē equidistās ab equinoctiali. Unde lōgitudo primi climatis est maior lōgitudine scd̄i: ꝛ sic deinceps: qḋ cōtingit ꝓpter angustiā sphere.

¶ Capitulū quartū de circulis ꝛ motib⁹ planetarum: ꝛ de causis eclipsium solis ꝛ lune.

Notandū ꝙ sol hēt vnicū circulū per quē mouet̄ in supficie linee ecliptice: ꝛ est eccētricus. Eccētricus quidē circulus dr̄ nō ois circulus: sꝫ solūmodo talis q diuidens terrā in duas partes eq̄les nō hꝫ cētrū suū cū cētro terre sed extra. Pūctus aūt in eccētrico q maxīe accedit ad firmamētum appellat̄ aux: qḋ iterpretat̄ eleuatio. Pūctus vero oppositus (q maxīe remotiōis est a firmamēto) dr̄ oppositio augis. Solis aūt ab occidēte in oriētē duo sūt mot⁹: quorū vn⁹ est ei ꝓpri⁹ in circulo suo eccētrico: quo mouet̄ in oi die ac nocte .lix. minutis fere. Alt⁹ vero tardior est mot⁹ sphere ipsius supra polos axis circuli signoꝝ: ꝛ est eq̄lis motui sphere stellarum fixarum .s. in cētū ānis gradu vno. Ex his itaqꝫ duob⁹ motibus colligit̄ cursus ei⁹ i circlo signorū ab occidēte i oriētē; p quē abscidit circulū signoꝝ in .ccclx. diebus: ꝛ q̄rta vni⁹ diei fere pter rē modicā: que nullı⁹ est sensibilitatis.



¶ Quilibet aūt planeta tres hēt circulos pter solē scilicet equantē deferentē ꝛ epiciclū. Equās quidē lune est circulus cōcētricus cū terra: ꝛ est in superficie ecliptice. Eius vero deferens ē circulus eccētricus; nec est i supficie ecliptice: imo vna eius medietas declinat versus septētrionē: altera versus austrū. Et itersecat deferēs equātē i duobus locis. Et figura itersectionis appellat̄ draco: quū lata est in medio ꝛ angustior versus fine. Intersectio igit̄ illa per quā mouet̄ luna ab austro in aqlonē appellat̄ caput draconis. Reliq̄ vero itersectio p quā mouet̄ a septētrione in austrū dr̄ cauda draconis. Deferētes quidē ꝛ equātes cuiuslibet planete sūt eq̄les. Et sciēdū ꝙ deferēs ꝛ equās Saturni Jouis Martis Ueneris ꝛ Mercurij sūt eccētrici ꝛ extra supficiē ecliptice: ꝛ tū illi duo sūt in eadē supficie. Quilibet etiā planeta pter solē hꝫ epiciclū. Et est epiciclus circul⁹ puus p cui⁹ circūferētiā defert̄ corpus planete: ꝛ cētrū epicicli



cicli semp defert in circũferẽtia deferẽtis. Si igit due linee ducant a cẽtro terre: ita q̄ includant epiciclũ alicuius planete: vna ex parte orientis: reliq̄ ex pte occidẽtis: pũctus cõtactus ex parte oriẽtis dr̃ statio prĩa: pũctus vo ꝯtactus ex pte occidẽtis dr̃ statio scdã. Et qñ planeta ẽ in alterutra illaꝝ stationuꝫ dr̃ stationari⁹. Arc⁹ vo epicicli supior inter duas stationes itercept⁹ dr̃ directio: ⁊ qñ planeta est in illo tũc dr̃ direct⁹. Arc⁹ vo epicicli iferior iter duas stationes itercept⁹ dr̃ retrogradatio: ⁊ planeta ibi existẽs dr̃ retrogradus. Lune aũt non assignat statio directio vel retrogradatio. Unde nõ dr̃ luna stationaria directa vel retrograda propter velocitatem motus eius in epiciclo.



Unde quãdo videtis planetã in auge vl' ascẽdente fortunatum ⁊ sit significator in natiuitate ⁊ luna in eodẽ gradu cũ ipso iudicate natũ esse famosũ sic sunt reges. et q̄ nullus preteribit eius mãdata. Et dicit Almãsor in aforismis: vbi ita dicit ad lr̃aꝫ. Famosi tãq̄ reges ⁊ q̄ꝝ mãdata nõ ptereũt sunt quoꝝ Jupiter ⁊ Luna fuerit in eodẽ gradu ascẽdentes ad augẽ suã. ¶ Quilibet autẽ planeta ⁊c.] Circa istã partẽ debetis plura itelligere. prima q̄ caput ⁊ cauda nõ sunt stelle quẽadmodũ est draco: sicut dicũt aliq̄ ignorãtes: sꝫ sũt itersecatiões circuloꝝ. s. equãtis ⁊ d̃ferẽtl: ⁊ he itersecatões dñr nodi ⁊ mouent tribus minutis die q̄libet nãli: ⁊. ii. scdis peruerse ab ariete in pisce. Et a pisce in aquario ⁊c. Et operant in mundo: vt alij planete: qa nã capitis cõponit ex cõplexione Jouis ⁊ Ueneris. Cauda vo ex nã Martis ⁊ Saturni. Unde caput dat in natiuitate regnũ ⁊ fortunã si fuerit in sui exaltatione. s. in tertio gradu geminoꝝ. Et eo si est in oriente vel in angulo celi. Cauda vo dat totũ ꝯriũ. s. vilitatẽ ⁊ malũ. Et si coniungit cũ dño ascẽdẽtis diminuit tertiã partẽ vite: ⁊ plus nocet iferioribus planetis q̄ꝫ supioribus. Hoc aũt itelligatis cũ fuerit in malo signo. Sed si fuerit in exaltatiõe sua. s. in Sagittario nõ minuit imo auget. sic dicaꝫ vobis in scripto supra librum de pñ. vbi magis habet locũ. ¶ Aliud scire debetis q̄ iste intersecationes circuloꝝ multas pprietates hñt occultas nãe. Nã dicit Astafon in libro de mineralibus ꝯstellatis: vbi ita dicit ad lr̃am. O quãta est v̄tus itersecationibus circuloꝝ. que occulta est sensib⁹ humanis: Diacedus si nõ tactu corpis mortui in aqua cũ fuerit in Sagittario. Nã q̄d spũs veniũt ad gusa. ¶ Juxta qđ itelligatis: q̄ cũ caput draconis fuerit i Sagittario ⁊ ponat in aqua q̄daꝫ lapis qui Diacedus dicit. Nãle spũs veniũt ad d̃dũ respõsa: ⁊ iste lapis hẽt mirabileꝫ latentiã nalẽ. qa si tãgit corp⁹ mortui hois amittit istã pprietatẽ quã nõ amittit si tãgit corpus alteri⁹ mortui aĩalis. ¶ Adhuc scire debetis q̄ cũ caput fuerit in Sagittario coniunctũ cũ Joue in medio celi: et luna iuerit ad eũ si sepata fuerit ab eo ⁊ iuerit ad dñm ascẽdẽtl ⁊ si dñs ascẽdẽtl ad Jouẽ q̄c q̄d petit ab eo obtinebit: vt dic Almansor in suis aforismis. vbi sic dicit ad lr̃am. Si q̄s postulauerit aliq̄d ab eo existẽte capite i medio celi cũ Joue ⁊ Luna eunte ad eum. iplebit ei id: vel sepata ab eo ieritq̄ꝫ ad dñm ascẽdẽtis. Et si dñs ascẽdẽtis ierit ad Jouẽ. nõ pteribit q̄n breuiter adipiscat q̄situꝫ. Sed q̄mõ talis ꝓpositio debet itelligi. dicã in scripto supra librum de pñ. ¶ Aliud scire debetis q̄ arcus sumitur tripliciter. s. astrologice: necromãtice: ⁊ chiromãtice. Astrologice: vt hic Auctor est Alchindus in libro de motu diurno vbi sic dicit ad lr̃am. Ab exaltatiõe solis vsq̄ꝫ ad occasum dicit arcus borealis: a casu vsq̄ꝫ in fine piscũ australis dicit: ⁊ isti duo arcus mã sũt rebus. Ut itelligatis dictũ Alchindi vacat occasũ eius i libra ⁊ arcũ ab Ariete vsq̄ꝫ ad Librã. Unñ vt itelligatis vos iuuenes sciendũ est q̄ exaltatio solis est aries ⁊ casus ei⁹ est libra. vnde ab ariete vsq̄ꝫ ad librã dicit arcus septẽtrionalis. A libra vsq̄ꝫ ad finẽ piscium dicit australis. Et hi duo arcus sunt mã rebus. s. totus circulus ꝫodiacus iformatus ex radijs solarib⁹ ⁊ alioꝝ planetaꝝ: eo q̄ iste ꝫodiacus v̄tute ꝯtinet elẽta. ¶ Scdo necromãtice: vt Salomon in libro de vmbris idearũ: vbi ita ad lr̃am dicit. Arcus septetrionales nobilitate cito veniũt ad respõsa ⁊ operant mirabilia nutu dei. Ut itelligatis isti Demones q̄ sunt in septẽtrione dñr septẽtrionales. ⁊ hñt nobileꝫ nãm. s. sũt eñi secreta elẽtoꝝ mũdi. Et tãta est istoꝝ nobilitas q̄ cũ hõ nobilis nãe eos iuocat pua iuocatione statim veniũt ad rũsa: ⁊ hi sunt qui stant libenter in domibus nobiliũ ⁊ loquunt domestice cũ familia. i. ferunt libẽter sine lesione. Et q̄nq̄ꝫ in domib⁹ vsurariorũ ⁊ viliũ personaꝝ ꝓijciunt lapides ⁊ stercora: ⁊ reuoluunt parapsides ⁊ pãnos de camera ⁊ de nocte pauide ⁊ terribiles voces suspirãdo emittũt. ¶ Tertio mõ chiromantice: vt accipit Abliton in sua chiromãtia vbi ita dicit ad lr̃am. Cũ arcus in chiros fuerit. hoc est creatã celi. Ut itelligatis chiromãtia a chiros grece q̄đ est manus. vt cũ arcus. i. linea erit a nã i manib⁹ significat effect⁹ venturos in creatura pp planetã illã lineã imprimentẽ in manu in pncipio gñatiois. Et hoc potestis videre q̄ statim cũ creatura hũana exit de vtero q̄ in manibus signa hꝫ a nã impressa. sed multa signa sunt facta in manibus per accñs. s. ex cõstricatione manuũ: vel ex ꝯsuetudie. alicui⁹ artis. Unñ cũ volueris signa nalia hẽre: opꝫ vt man⁹ ponat in aq̄ calida: ⁊ tũc signa p accñs resoluunt nalia aũt remanẽt. Unñ planete nõ tũ in manib⁹ faciunt: verũ etiam in toto corpe. Nã Mars in ascẽdẽte facit signũ in facie: vt dicit Ptolome⁹ in cẽtiloquio.

¶ De eclipsi Lune.


Cum aũt Sol sit maior terta: necẽ est q̄ medietas sphere terre ad minus a sole semp illuminet: ⁊ vmbra terre extensa in aere rotũnatilis minuat in rotunditate: donec deficiat in suꝑficie circuli signoꝝ iseparabilis a nadir solis. Est autẽ nadir solis pũct⁹ directe opposit⁹ soli in firmamẽto. vñ cuꝫ in plenilunio luna fuerit in capite vel in cauda draconis sub nadir solis: tũc terra interponet soli ⁊ lune. Unñ cũ luna lumẽ nõ hẽat nisi a sole: in rei v̄itate deficit a lumie. Et ẽ eclipsis gñalis in omni terra: si fuerit in capite vel cau-

da draconis directe. Particularis vero eclipsis: si fuerit prope vel intra metas determinatas eclipsis. Et sp in plenilunio vel circa cõtingit eclipsis. Unde cum in qlibet oppositiõe hoc est in plenilunio nõ sit luna in capite vel cauda draconis: nec opposita nadir solis: nõ est necẽ in quolibet plenilunio pati eclipsim: vt patet in presenti figura que subsequitur.


Quia sicut terra est fex aliorum elementorum. ita luna est fex aliorum celestium: et de ista vmbra lune quesitũ fuit a quodã spiritu q vocat Floron: que eẽt illa vmbra: qui sic ait. Ut terra terra est: sic idea humiditatũ ẽ terra. si totaz vmbrã hueris: te nõ decipiet sic vmbra. Juxta qđ vt intelligatis scire debetis q sicut terra est terra .i. fex. sic idea humiditatũ .i. luna est fex .s. celestium. Et ex hoc denotat grossitiẽ illius partis nõ illuminate. Si totã vmbrã habueris te nõ decipiet sicut vmbra. Ut itelligatis debetis scire q cũ luna ẽ plena. tota illa vmbra videt in plenilunio spũs a uã dant respõs. nec decipiũt sic qñ fit experimentũ ad inueniendũ furtũ cũ puero virgine in corpe polito sic in ense: speculo. crystallo. vel vngue: vbi est deceptio magna. De eclipsi aũt notate q quando videritis ipsaz esse vlem. Judicate grãdes effectus in terra fiue in mũdo: z spãliter in illis ciuitatibus que habuerũt in edificatione illud signũ pro ascẽdente in q̃ fuerit eclipsis z pcipue solis. Si vero fuerit pticularis. iudicate significata remisse. nec faciatis sicut vnus q dicebat mũdũ terminari: eo q vidit mediã solis ptẽ obscuratã z guttas aliqs sanguineas de Cometa exire. z pluere sup terram: nec videbat quo sanguis poterat de aere pluere qđ põt esse ex Cometa Martis inspissante aquã decoquẽte ipsaz z ex calido imprimẽte aliquã ibi rubedinẽ admodũ sanguinis. Et hoc bñ designat in causando horribiles effect⁹ noiatos. z effusionẽ sãguis hũani.

Cũ aũt luna fuerit in capite vel cauda draconis: vel ppe metas supradictas: z in cõiunctione cũ sole: tũc corpus lune iter ponet iter aspectũ nr̃m z corpus solare. Unde obũbrabit nobis claritatez solis: z ita sol patiet eclipsim: nõ qa deficiat lumine: sed qa deficit nobis pp iterpositionez lune iter aspectũ nr̃m z solem. Ex his pz q nõ semp est eclipsis solis in ɔiunctione siue in nouilunio. Notãdum etiaz q quando est eclipsis lune: est eclipsis in omni terra: sed quando est eclipsis solis nequaq̃z: imo in vno climate est eclipsis solis: z in alio nõ: quod cõtingit propter diuersitatem aspectus in diuersis climatibus. Unde Uirgilius elegantissime naturas vtriusq̃z eclipsis sub compẽdio tetigit dicens. Defectus lune varios solisq̃z labores.

Eclipsis lune



Eclipsis solis



Ex pdictis patet q si eclipsis solis esset in passione dñi: z eadez passio esset in plenilunio illa eclipsis solis nõ fuit naturalis: imo miraculosa contraria nature: qa eclipsis solis in nouilunio vel circa debet contingere. Propter qđ legitur Dionysium Ariopagitã in eadez passione dixisse. Aut deus nature patitur: aut mũdi machina dissoluetur.

In ista pte q̃rta z vltia tractat de q̃dã nõ nãli: sed miraculosa eclipsi. Et dicit q ex pdictis est maĩfestũ q si eclipsis eẽt in passione chr̃i: z eadẽ passio fuit in plenilunio. illa nõ fuit nãlis sed miraculosa z ɔ nãz: qa eclipsis solis in nouilunio. s. in ɔiunctione vel circa cõtinge opz nãlr: pp hoc (dicit ipse) legit Dionysiũ Ariopagitã dixisse. Aut deus nãe patit: aut mũdi machina dissoluit. Circa istã ptẽ vltimã scire debetis q aliq ifideles dicit q istđ vbũ dz itelligi nõ de deo vero: sz de deo gẽt dict⁹ de⁹ p grãz supcelestiũ. Sic dic Zoroastes in lib⁹ de dñio q̃rtaꝝ octaue sphere vbi ita dicit ad lrãz. Ex dñio q̃rtaꝝ 8ᵘᵉ sphere: z ex vtute icuboꝝ et succuboꝝ oriunt hoies diuitate fulciti q mutãt leges z adducunt nouas quoꝝ obitũ celũ cõpatit eo q vniusq̃z theos di in nã. Nã fm ipsum ois q̃rta octaue sphere dñat .i2. millibus annis: z leges que icipiũt i pma q̃rta terminant: cũ alia icipit dñari. sic fuit lex Moysi terminata p legẽ chr̃i: z nr̃a fm istũ modũ terminatura est p antichr̃m. Uũ iste bestia Zoroastes z aliqui cũ sequẽtes dicũt q chr̃s fuit ortus in dñio istaꝝ quartaꝝ ex vtute icuboꝝ z succuboꝝ: de qbus supra dixi vobis q horribile mihi videtur scribere ista vba. Et sic in morte sua fuit eclipsis et alia mirabilia: sed cũ hoc isti dicãt de dñio q̃rtaꝝ: z nihil pbẽt: z vba eoꝝ vana sũt z nõ catholica et ɔ veritatẽ sancte fidei reuerẽde: qa Chr̃s dñs nr̃ nõ fuit vnus de illis

dys

dys per influxū celestiū corpoꝝ ⁊ incuboꝝ ⁊ succuboꝝ. Immo vere filius dei viui q venit in ỽginē gl'iosam vt humanū gen⁹ ex manib⁹ retraheret inimici. Et ꝙ vere sit filius dei ⁊ nō factus a nā celestiū: imo nāe celestis factor apparet nobis per multa. Prio ꝑ tres Magos qui erāt maiores astrologi mūdi ⁊ sciebāt vniuersa nāe secreta: voluerūt ipm tanq̄ dei filiū in regē adorare: vidētes in stella que eis apparuit cū q̄dā cruce pueꝝ coronatū. Sibylla ꝑterea ⁊ Octauian⁹ in ortu Chri viderūt solē auro coronatū. ¶ P. postea⁹ icarnationē nunq̄ fuit inuoluntaria corpoꝝ trāsportatio a malignis spiritibus sicut ꝑmo. ¶ Aliud valde mirabile est qđ dicit Floron: ꝙ est spūs qdā nāe nobilissime q fuit de hierarchia cherubin iterrogat⁹ de chrō rñdet his ỽbis. Carnē sumpsit humanā: vt ꝑ ipm saluaret ois caro. Sibylla dixit. Erumpet fons olei: nascet Saluator mūdi. Et h' de aduētu dicit: ⁊ loquēs de ei⁹ iudicio qñ debet ꝑ ignē seculū iudicare. vbi sic dicit ad litterā. Et veniet in conspectu agni. i. chri abominatio peccatoꝝ ⁊ vltionis appetit⁹. et descēdēs ignis terribilis q vniuersa creatura vsq; Adā cōcremabit vltra solare luminare nec iubar nec mōtes aut colles nec hoim habitatio erit in terris: sed descendet vox tube terribilis aduocās oēs vt veniant in examen. Adhuc est aliud signū ꝙ iudei ꝑꝑ peccatū nūq̄ celū aspiciunt: ⁊ post mortē chri oēs hoies iudei vt mulieres menstrua patiunt nec adeo a morte illa citra potuerūt aliquā grāz obtinere. nec hñt ꝓprias māsiones. Vñ exponatis aut deus nāe: ⁊ nō factus a natura celestium: vt dicunt isti simplices ignorantes.

matice probatū est in textu. ¶ Pro solōne huius qōnis est notandū q̄ zodiacus accipit̄ dupl'r. vno modo p̄prie pro circulo maiori in sphera habēte latitudinē duodecī gradui:quo modo dicimus q̄ oēs planete mouent̄ sub zodiaco. Alio mō sumit̄ minus p̄prie pro linea diuidente zodiacū per mediū eius in latitudie: vt q̄ sex gradus restant ex vna parte ⁊ sex ex alia: p̄cedēte in tota logitudine zodiaci: ⁊ hec est linea ecliptica: que est circul's maior nullā h̄ns latitudinē: ⁊ hoc modo dicimus solē eē in zodiaco: q̄a semp est sub hac linea: ideo solet dici via solis: de hoc supra dictū est. dū agebat̄ de zodiaco. ¶ Hoc stante dico p̄ q̄ accipiēdo zodiacū p̄prie pro circulo maiori habēte latitudinē: maxime solis declinationes non sunt equales distātys poloꝝ zodiaci a polis mūdi: imo minores: hoc patet p̄ tertiā rōnē ante oppositū: q̄a arcus coluri interceptus iter eq̄noctialē ⁊ p̄ncipiū Cācri. s. vsq̄ ad lineā terminātē zodiacū s̄z latitudinē minor est sex gradibus vt dictū est. ¶ Scd̄o dico q̄ accipiēdo zodiacū improprie. s. pro ecliptica maxima dclinatio zodiaci ab eq̄noctiali eq̄lis est distātie poli zodiaci a polo mundi: hoc patet manifeste: ⁊ in tex. demōstratū est p̄ rōnē geometricā: ⁊ hoc modo itelligit Auctor zodiacū ⁊ etiā cuncti astrologi. qd̄ patet: q̄a inde accipiunt maximā solis declinationē: cū igit̄ semp sol sit in Ecliptica. p̄z q̄ itelligunt maximā declinationē Ecliptice ab equatore diei. ¶ Ad rōnes ante oppositū. Ad p̄mā dicit̄ q̄ l̄z circulus solis sit eccentricus: ⁊ qū sol est in maxima declinatione septētrionali sit in auge: ⁊ dū est in declinatione maxima australi sit in opposito augis nō tñ p̄pter hoc sequit̄ q̄ declinatio septētrionalis sit maior australi: q̄z eccentricus solis intersecat eq̄noctialē sup diametrum mūdi. q̄re anguli huius itersectionis oppositi sunt equales. s. qui est ad septētrionē ⁊ qui ad austrū per. 15. p̄mi Euclidis. q̄re circū ferentie que correspōdent his equalib' angulis sunt equales per vltimā sexti Euclidis: nec obstat q̄ sol mouet̄ in suo circulo eccētrico: q̄a declinatio eius accipitur in zodiaco vbi est locus eius. Etiā circuli maximaꝝ declinationū. s. duo tropici imaginant̄ in p̄mo mobili ⁊ zodiaco nō in orbe solis in quo mouet̄ q̄z imaginant̄ describi a loco solis qui est in zodiaco vt dictū est. ¶ Ad scd̄a ū rōnē dico q̄ poli zodiaci vere sunt poli: q̄ eis competit ratio polorū. s. q̄ sint imobiles ⁊ q̄ sphera cuius sunt poli moueat̄ s̄ p̄ eis. modo zodiacus mouet̄ super illis vt patet: simil'r sunt imobiles nō oino imobiles: sed imobiles eo motu quo mouet̄ sphera: poli enī zodiaci nō mouent̄ ad motū zodiaci: l̄z moueantur motu diurno: sicut poli mūdi nō mouent̄ ad motū p̄mi mobilis. Et dato q̄ de rōne poloꝝ esset q̄ nullo mō mouerent̄. tūc est q̄stio de noīe: q̄a dicimus q̄ distantia ab illis p̄ūctis vsq̄ ad polos mūdi est equalis maxime declinationis solis: siue puncta illa sint poli seu nō. ¶ Ad tertiā iam patet respōsio: nō enī loquor de declinatione zodiaci ab eq̄noctiali: sed de declinatione ecliptice q̄ dr̄ zodiacus improprie vt dictū: simil'r l̄z a zodiaco ad polos eius nō sit quarta circuli maioris: est tamen quarta circuli ab ecliptica ad polos.

Notādū etiā q̄ quatuor palelli.

¶ In hac parte distinguit celū ⁊ terrā in q̄nque zonas per quatuor circulos minores iam declaratos. Est nāq̄z zona idē q̄ cingulus: ⁊ q̄a quelibet partiū distinctarū in celo vel in terra circuit celū vel terrā: sic zona cingit illū quē cingit: ideo quelibet hāꝝ partiū dicit̄ zona: nā portio celi que est iter tropicos circuit ⁊ cingit celum: ⁊ simil'r ea que in terra supponit̄ huic cingit terrā: vt p̄z.

Sunt nāq̄z zone q̄nque que distinguunt̄ per quatuor circulos parallellos minores. Et q̄a illa que dicit Auctor in textu sunt clara expōne nō idigent: sed exēplificatione. Describat̄ circulus in quo polus arcticus sit A. ⁊ antarcticus B. circulus arcticus c d. tropicus Cācri e f. alt' tropicus. s. Capricorni g h. ⁊ circulus antarcticus i k. totū celū distinctū est in q̄nque portioes q̄ sūt zone.



Et hoc vult Uirgili' p̄mo Georg. dū dicit. Quinque tenēt celū zone: q̄rū vna: s̄ est media vt dicet̄: Corusco Semp sole rubens: ⁊ torrida semp ab igne. ⁊ dicit solē coruscū nō formal'r sed efficienter. Quā circū extreme dextra leuaq̄z trahunt̄ Cerulea glatie concrete atq̄z imbribus atris: Has iter mediāq̄z due mortalibus egris Munere cōcesse diuū. Et intelligit p̄ zonā dextrā septētrionalē: q̄ dicit̄ dextra q̄ a nobis habitat̄: ⁊ per oppositum vocat australē sinistrā: vnde Lucanus Umbras mirati nemorū nō ire sinistras. i. australes vt dicet̄ in 3° huius. Sil'r imaginādū est q̄tuor circulos parallellos in terra suppositos circulis his in celo. qui quidē distinguūt in terra totidē hoc est q̄nque regiōes ⁊ zonas. De quibus p̄mo Metamor. fabula 2ᵃ Ouidius Utq̄z due dextra celum totidēq̄z sinistra Parte secāt zone: q̄nta ē ardētior illis. Sic onus inclusum nūero distinxit eodē Cura dei: totidemq̄z plage tellure premunt̄: Quāꝝ que media est nō est hitabil' estu: Nix tegit alta duas: totidē iter vtrasq̄z locauit: Temperiēq̄z dedit mixta cū frigore flāma. Et intelligit per partē dextrā septētrionalē. Sinistrā vō australē cen dictū est: nā due zone in celo siue in terra sunt septētrionales ⁊ due australes. media vō est zona torrida per onus inclusum intelligit terrā que includit̄ ⁊ cōtinet̄ a celo: reliqua nota sunt. ¶ Sed dubitari p̄tingit videt̄ enī q̄ sint sex zone q̄a vltra q̄tuor circulos minores est alius paralellus. s. eq̄noctialis iter duos tropicos qui videt̄ q̄ debeat diuidere zonā mediā in duas: ⁊ ita erunt sex. s. tres septētrionales ⁊ tres australes. Et cōfirmat̄: q̄a multiplicato vno p̄trario debet ⁊ reliquū multiplicari zone aūt fride sūt due ⁊ due tēpate: cōuenit g̃ eē duas torridas. ¶ Respōdet̄ q̄ nō ois circulus in sphera distinguit celū vl' terrā in zonas: sed solū illi q̄ faciūt aliquā diuersitatē in q̄litatib'. nā zona media iter duos tropicos in celo. s. e f g h. est ihabitabilis. s. effectiue. i. facit q̄ zona in terra ei supposita sit ihabitabilis ob itensum calorē: p̄pter hoc q̄ sol semp discurrit iter duos tropicos. Due vō extreme sub polis sunt etiā ihabitabiles p̄pter magnā frigiditatē: q̄a sūt multū remote a via solis. Due vō medie iter has vna septētrionalis c d e f. est habitabilis a nobis: ⁊ altera australis: scil3 g h i k. quātū est merito huius cause est habitabilis: l̄z sit nobis ignota: ⁊ existimat̄ q̄ nō habitet̄ p̄pter aquas ibi exn̄tes: et p̄p oppositū augis vt dicet̄ in 3° huius. Et rō huius est q̄a he due zone inter tropicos ⁊ circulos paruos nō sunt multū remote nec propinque a via solis: ideo non sunt excessiue calide nec frigide. Etiā quia sunt inter torridam et frigidas et ab eis contemperantur. Cum igitur Sol ita mouetur versus septētrionē ab eq̄noctiali sicut

versus austrū:tota illa zona inter tropicos est vnius cō/
plexionis:ideo non opz q̄ in duas distinguat̄ p̄ eqnoctialē.
¶ Ad scdm ppositio illa intelligit̄ de multiplicatione
fm spēm:nō aūt fm numerū nisi fm rōnē:nā cū illa zo/
na calida est in medio hēt ɔtrarietatē ad ambas extre/
mas.ideo est q̄si duplex fm rōnē. ¶ Et est notandū cir/
ca has qnque zonas: q̄ nō sunt oēs equales p̄mo fm lon
gitudinē.q̄a media est longior ⁊ ille que sūt tēperate sūt
longiores q̄ꝫ frigide que sunt sub polis.Cuius rō: q̄a sic
se hēt diameter ad circulū ita circulus maior ad sphērā:
modo diameter est lōgissima linearꝫ que trahi pñt iter
circūferētiā circuli:⁊ aliarꝫ quāto ppīngor diametro tā
to lōgior.14.° tertij elemtorꝫ.q̄re eqnoctialis cū quo trāsit
per cētrū est maximus circulorꝫ:⁊ quāto alius circulus
est ppīngor ei tāto maior: ideo zona sub eqnoctiali est
longissima: et zone tēperate que sunt ppinque tropicis
sunt lōgiores frigidis que sunt iter circulos descriptos
a polis zodiaci.Etiā fm latitudinē q̄a media iter tropi/
cos est in duplo latior q̄ꝫ ille que sūt sub polis. Et latior
q̄ꝫ tēperate.nā hec hēt latitudinē.47.graduū.42.m̄.vt
dictū est:tēperatarꝫ autē singule gra.42.m̄.18.simil'r tē/
perate sunt fere duple ad frigidas extremas. ¶ Querit̄
scdo an sub polis sit habitatio:videt̄ q̄ sic: q̄a si nō hoc
maxime esset ob frigiditatē: vt dicit Auctor:sed hec cau
sa nō obstat:q̄a ita se hēt.Sol in mundo maiori sicut in
aīali cor:vt dictū est in p̄mo huius:Sed in mūdo mino
ri ⁊ aīali cor influit vitā ⁊ calorē ad omne mēbrū tāꝫ di
stans q̄ꝫ propinquū:nullū eni est mēbrū in qd nō īfluat
cor:q̄a aliter nō viueret.ergo a sili sol influit in oēm lo/
cum terre calorē ⁊ vitā.i.quo aīalia possunt viuere.ergo
sub polis etiā. ¶ Respondet̄ q̄ cū oīa mixta ⁊ comple
xionata requirūt temperiē ⁊ refractionē qualitatū pri/
marū ad gñationē ⁊ cōseruationē:q̄a oīa gñant̄ ex q̄lita
tibus refractis.maiorē tñ requirūt aīalia tanq̄ꝫ habētia
cōplexionē magis tēperatā ⁊ ad eq̄litatē reductā:cuius
ratio est:q̄a quāto forma est nobilior ⁊ pfectior:tāto req
rit pfectiorē dispositionē.iter oīa corpa corruptibilia ni
hil est qd hēat pfectiorē formā q̄ꝫ aīal vt notū est:quare
requirit dispōnē ⁊ cōplexionē magis equalēꝫ ⁊ vnifor/
mem.nō igit̄ pōt gñari nec ɔseruari nisi in loco tēpera/
to nō excessiuo in aliq̄ q̄litatū p̄marꝫ.Sed iter excessus
q̄litatū frigiditas excedēs est magis ɔ̄ria vite q̄ꝫ caliditas:
q̄a est qualitas mortificatiua nō igrediēs opa vite
vt ingt Auicēna p̄ma p̄mi:q̄re meli° pōt viuere aīal in
loco calido excessiue q̄ꝫ in loco disproportionato frido:
īmo in loco multūꝫ frigido non pōt gñari nec habitare.
Modo sub polis est frigiditas intensa:q̄a loca illa sunt
valde elongata a fonte caloris.s.sole.Cuius signū est q̄a
ventus Aquilonaris qui venit ex loco sub polo est multū
frigidus:⁊ quāto regio appropinquat magis polo.tanto
hic vētus flat frigidius:vñ demōstrat quāta frigiditas
sit in zona illa:q̄re zone frigide sub polis nō habitātur.
¶ Sed ɔtra hoc signū argūit̄.si eni aquilo ideo est fri/
gidus:q̄a flat est sub polo arctico:eadē rōne Auster q ve
nit ex polo antarctico deberet esse frigidus: qd non est.
¶ Dicit̄ q̄ argumētū cōcludit verū. Auster eni in origi
ne est frigidus sicut Aquilo: q̄a flat ex polo antarctico:
sicut hic ex polo arctico:tñ per accidēs fit calidus dū ve
nit ad nos per accñs.s.q̄a trāsit per zonā torridā ⁊ cale/
fit:⁊ ppter mare per qd trāsit fit humidus.eodē modo
Aquilo est calidus ⁊ humidus in illa zona que est vltra
tropicū Capricorni:q̄a trāsit per zonā torridā : nā illis q
sunt ibi Auster se hꝫ sicut nobis Septētrio:⁊ sic Auster
nobis ita Septētrio illis. ¶ Ad arg'" dicit̄ q̄ sic cor in/
fluit oibus mēbris calorē ⁊ vitā:ita sol oib° partib° ter/
re:tñ sic cor īequalr:q̄a maiorē calorē īfluit mēbris ppī
q̄s q̄ꝫ remotis:ita ⁊ sol īfluit maiorē calorē zonis ppin
quis q̄ꝫ remotis:vnde influit calorēꝫ zonis frigidis sed
paruū:qui quidē nō facit ad vitā animāliū vt dictū est;
sic lꝫ cor īfluat calorē pedibus:ita tñ paruū q̄ pedes nō
possunt agere opationē mēbrorꝫ nobiliū. ¶ Querit̄ 3°
an zona sub eqnoctiali que scilꝫ ē iter duos tropicos sit
habitata: videt̄ q̄ sic:q̄a Auctor 3° huius vbi loquit̄ de
septē sitibus habitationū loquēs de p̄mo qui est sub eq/
noctiali:dicit q̄ illi qui habitant ibi hñt duas estates et
duas hyemes:sed vbi est estas ⁊ hyemē est tēperies:nā
tēperies causat̄ ex cōtrarijs adinuicē cōiunctis ⁊ refra/
ctis.Similr dicit q̄ ibi habitant Ethiopes qd pbat au
ctoritate Lucani.Etiā infra vbi distinguit terrā habi/
tabilē in septē climata:ponit totū p̄mū clima ⁊ medie
tatē scdi in zona torrida vt pꝫ:q̄re vꝫ q̄ zona illa sit hita
bilis. ¶ 2°.Si illa zona nō eēt hītata:maxīe eēt ob solis
calorē vt dicit Auctor.sed hoc nō impedit:sed potius vi
det̄ q̄ sit tēperata.Agens eni qd nō lōgo tēpore agit nec
est presens passo:nō pducit effectū intensum ⁊ exceden
tem multū.vt poter.q̄a cū actio ⁊ ois motus fiat in tēpo
re 4° phys.maior actio reqrit lōgius tēpus:⁊ in maiori
tēpore fit actio maior. Sed sol nō morat̄ longo tēpore
supra orizontē existentiū in zona torrida:naꝫ habentes
spherā rectā habēt semp equinoctiū vt dicet̄ infra in 3°:
Sol igit̄ duodecim horis morat̄ supra orizōtē. In sphe
ra aūt obliqua ⁊ situ nr̄o tēpore estiuo multo longiorī tē
pore est supra orizōtē.⁊ tñ nō producit calorē excessiuū:
vt nostra zona nō possit habitari.q̄re a maiori nō prohi
bet habitationē in zona media:īmo videt̄ q̄ ibi sit ma
ior temperies: q̄a in nr̄a habitatione in estate est calor
magnus.q̄a lōgo tēpore est supra terrā:in hyeme vō fri
gus ppter porūtatē more:sub eqnoctiali vō q̄a semper
morat̄ duodecim horis:videt̄ q̄ nō sit calor nec frigus
intensum:īmo tēperies sicut nobis in eqnoctio. ¶ Ter
tio agens qd nō multū appropinquat passo non agit in
tense:nam ppinquitas reqrit̄ ad actionē.q̄a agens nāle
nō agit nisi in debita distantia:et quāto fuerit passo pro
pinquius:tāto agit intensius.Sed sol existēs in equino
ctiali nō multū appropinquat terre supposite ei:q̄a tūc
est in lōgitudinib° medijs:qñ vō est in opposito augis
qd cōtingit dum est in p̄ncipio Capricorni:est terre pro
pinquissimus:⁊ intense calefacit:cū igit̄ sol in eqnoctia
li nō sit multū distās a terra nec multū ppīquus:videt̄
q̄ ibi faciat temperiē. ¶ Quarto. Lꝫ sol calefaciat ob
ppinquitatē vel existentiā in zenith:quāto longiori tē
pore in zenith morat̄:tanto magis calefacit:⁊ per oppo
sitū dum cito ⁊ multū declinat a zenith parū calefacit:
siquidē requirit̄ mora ⁊ tēpus ad actionē:vt dictuꝫ est.
Sed sol existēs in zenith existentiū sub eqnoctiali par/
uo tēpore morat̄ ibi.q̄a ibi cito ⁊ multum declinat sol:
nunq̄ꝫ eni planeta acquirit tantā declinationē q̄ꝫ existēs
in sectione zodiaci cū equatore vel prope vt pbat Pto
lomeus scdo Almag.eo q̄ ibi zodiacus multū declinat:
⁊ patet experientia.videmus eni tūc.s.sole existente in
altero equinoctiorꝫ dies artificiales multū diuersificar
ri in augmēto ⁊ decremēto:q̄ꝫ fiat in alijs anni tēporib°
sole existēte in alijs locis zodiaci:quare videt̄ q̄ illa re
gio sit tēperata ⁊ ɔsequēter habitata. ¶ Oppositum hu
ius voluit Arist.scdo metheororꝫ ⁊ in libello queꝫ facit
de inundatione Nili.vbi diuidit terraꝫ in quinque zo/
nas ⁊ dicit mediā esse torridā ⁊ inhabitatā. Ptolome°
scdo Almage.caplo sexto.⁊ 2° q̄dripor.caplo scdo.Auer.
scdo metheo.Angelicus Doctor bt̄us Tho.p̄° pte.q̄one
toz.ar.2.Auctor nr̄ in tex.Virgili° ⁊ Ouidius vt patuit.


¶ In

❡ In hac q̄ōne est opio Auic. p̄ma p̄mi doctrina de cō-
plexionib⁹ cap̄ p̄. q tēperatior hītatio q̄ possit eē in terra ē
sub equatore diei ⁊ post hāc in climate q̄rto. Etiā idem
scd̄a p̄mi doc. 2ª cap̄ 8°. Et Alber. Magnus 3° metheo.
trac. p̄. cap̄ 19°. Et 2° celi tracta. 3°. cap̄ 3°. in quibus locis
ambo hi doctores vident᷑ facere pro se tertiā ⁊ quartā
ratione ante oppositū. lz breuiter ⁊ multū succincte lo-
quant᷑: ponentes tres causas q̄bus ex sole calor gn̄atur.
primā. s. p̄pinq̄tatē eius ad terrā: scd̄am eius exūtiā in
çenith ob qd sequit᷑ radioꝝ rectitudo: ⁊ tertiā morā ei⁹
in eodē çenith: ⁊ ego addo quartā. s. morā solis supra ori-
çontē. he aūt cause declarate sunt in arguēdo. Et q̄n he
oēs ɔcurrūt sole exūte in tropico Capricorni: p̄ma. s. qa
ibi est oppositū augis: ⁊ ɔsiter sol p̄pinquissimus terre. 2ª
qa sol est in çenith regionis supposite tropico illi. 3ª qa
longo tēpore ibi morā ducit: ob hoc q zodiacus ibi ten-
dit ad rectitudinē quādā: ⁊ īsensibilis acq̄rit᷑ declinatio
qd patet qa existēte solstitio nulla vl̄ parua sentit᷑ varia-
tio dieꝝ i augmēto ⁊ decremēto. 4ª quoqz q̄n cū ibi sit
oriçon obliquus: sol existēs in Capricorno morat᷑ lōgio-
ri tēpore supra terrā q̄z existēs in equoctiali. Cū igit᷑ ibi
cōcurrant oēs cause caloris p̄dicte: est calor imensus
ideo dicunt nullo mō posse habitari sub tropico Capco-
ni. ❡ In tropico vō Cācri ɔcurrūt tn̄ tres cause caloris
oēs. s. p̄ter p̄mā: qa aux est in scd̄o gradu Cācri: q̄re sol
ibi exūs est remotissim⁹ a terra: tn̄ ibi accedit ad çenith
regionis: multū morat᷑: ⁊ etiā morat᷑ supra oriçontē lon-
giori tēpore: q̄re sub Cācro nō est tāta caliditas quanta
sub Capricorno: magna tamē: ⁊ praua habitatio vt ma-
nifestant ethiopes ibi habitantes: qui nō ob aliud sunt
ita denigrati nisi p̄pter magnū calorē. In equoctiali vō
tn̄ vna causa est caloris. s. exūtia solis in çenith ⁊ radio-
rū rectitudo: non tamē sol est terre p̄pinquissimus qa ibi
sunt lōgitudies medie: nec mora in çenith: qa cito ⁊ mul-
tū declinat: nec mora super terrā: qa ibi est semp equo-
ctiū: ideo cōcludūt ibi eē magnā tēperiē caloris ⁊ frigo-
ris: ⁊ ɔsiter regionē esse tēperatissimā. Et hoc ɔfirmant
qa in situ nr̄o qui sumus iter tropicū Cācri ⁊ circulū ar-
cticū hn̄tes spherā multū obliquā: sol morat᷑ sup terrā
in diebus estiuis lōgo tēpore: in quo tēpore ita bn̄ cale-
facit: lz nō sit in çenith nr̄o: imo magis q̄z dum est in eq-
noctiali in regiōe illa agat: p̄pter paruā morā quā ɔtra-
hit sup terrā. In nr̄a aūt habitatione nō est calor excessi-
uus destruens tēperamētū: q̄re a maiori neqz ibi. ❡ Et
vlterius ɔfirmat Auicēna 2° p̄mi. cap̄ 8° q nō est cā ca-
loris exūtia solis in çenith: sed mora ei⁹ in çenith et sup
terrā: qd p̄bat duob⁹ signis. Certū est q in meridie sol
est p̄pinquior çenith q̄z hora octaua. i. scd̄a hora post meri-
diē: diuidēdo quēlibet diem artificialē in duodecī ho-
ras. cuius rō est: qa nunq̄z stella est ab oriçōte magis ele-
uata ⁊ altior q̄z dū est in meridiano: q transit p çenith: ⁊
tn̄ octaua hora. i. scd̄a post meridiē calor est itēsior q̄z in
meridie: cuius rō est cū sol lōgiori tēpore steterit supra
oriçontē: ɔtrariū tn̄ esse deberet: vt. s. calor esset itensior
in meridie dū sol est çenith p̄pinquior. g̊ mora solis super
terrā facit caliditatē: non aūt p̄pinqtas eius ad çenith.
❡ Scd̄z signū in mēse Junij sol exūs in p̄ncipio Cācri
est p̄pinquissimus çenith nr̄o: ⁊ tn̄ mēse Julij exūs i Leo-
ne vbi acq̄siuit declinationē a çenith: itensius calefacit
⁊ maius cauma p̄ducit: cuius rō est: qa in mēse Julij lō-
gius morā duxerit in signis borealib⁹ q̄z in mēse Junij:
ergo potius mora solis q̄z eius p̄pinqtas ad çenith mul-
tū calefacit. Ad p̄positū. sub equoctiale habitātes lz ha-
beant solē in çenith: qa tn̄ nō ducit morā lōgā sup terrā:
qa semp duodecim horis vt dictū est: nec etiā ducit lon-
gā morā in çenith eoꝝ: qa valde cito declinat: nō est ibi
tāta caliditas vt nō possit esse habitatio: sed est hītatio
tēperatissima. Pos duos phos p̄dictos sequit᷑ ⁊ imitat᷑
Petr⁹ Paduanēsis driaꝝ Cōciliator dria. 69. tenēs fir-
miter q sub equatore sit optia ac tēperatissima habita-
tio. quā nitit᷑ p̄bare experimētis ⁊ rōnib⁹: q̄s nō addu-
co. q2 fortiores sūt que facte sūt Aui. ēne ⁊ Alb. Magni.
❡ Hec aūt opio lz sit excellētissimoꝝ viroꝝ: qꝝ aucto-
ritas est ratio: tū videt᷑ mihi nō esse multū ei adherēdū:
qa vt dicit Ptol. 2° Almag. cap̄ 6° prope p̄n. Si ibi eēt
habitatio sciret᷑ relatiōe aliquoꝝ perueniētiū inde ad
nos: vel hinc aliqs illuc posset ire: qd nō est inuentū. Sz
miror q̄re hoc dicat Ptol. cū 2° quadripar. dicat q ibi
habitāt ethiopes: q ob nigredinē causatā pp incendiū
regionis arguūt aeris inequalitatē ⁊ intēperiē ⁊ calorē ex-
cessiuū. hoc etiā vult Lucanus q vt patebit 3° huius dicē
q Ethiopia est sub equoctiali. q si sit ita regio illa non
est tēperata vt dicūt. ❡ Scd̄o zona tēperata nō pōt esse
inter extrema calida: īpoīe est eni q ex duob⁹ calidis ex-
cessiuis fiat tēperatū: sz tēperatū fit ex duob⁹ extremis
cōtrarijs: nō eni ex duab⁹ aqs calidissimis adiuicē cō-
mixtis resultate pōt aqua tepida ⁊ tēperata: sz bn̄ resul-
tat ex aqua calidissima ⁊ frigidissima: nō terra sub eq-
noctiali est iter duas habitationes in extremo calidas
sub vtrūqz tropicū. qualit igit᷑ poterit in eo inueniri tēpe-
ries. Zona aūt nr̄a rōnabilr est tēperata: qa media est i-
ter torridā ⁊ frigidā. Rōnes aūt illoꝝ soluent᷑ postea q̄n
fuerit declarata causa caloris. ❡ Est alia opio aliquoꝝ: q̄-
rū mos nō est tā inquirere vitatē ⁊ sciam q̄z noua dicē:
vnde possint laudari: cū laudē nullā acquirāt ex dictis
irrationabilibus. Dicūt eni isti q sub equoctiali sit ha-
bitatio bona sic dicit opio p̄cedēs. est etiā habitatio tem-
perata sub tropicis: ɔtra opiōnē p̄cedētē: veꝝ nō semp:
nā sub tropico Cācri nō semp est habitatio nisi sole exi-
stēte in Capricorno: ⁊ ecōtra sub tropico Capricorni nō
habitat᷑ nisi sole exūte in Cācro: quoꝝ rō est pauci mo-
menti. Nam dicūt q q̄n sol est in Capricorno magis di-
stat a çenith habitātiū sub Cācro: qa q̄si gradib⁹. 48. vt
pz: q̄z distat sol exūs in Cācro ⁊ in estate a çenith habitā-
tiū mediū sexti climatis. s. Padue vbi nos sumus. quia
tm̄. 21. gradibus: vt patet: sed in estate non est calor in-
tēsus i sexto climate: imo habitat᷑: igit᷑ sole exūte in Ca-
pricorno optime habitat᷑ sub tropico Cācri: ⁊ eodē mō
sole exūte in Cācro habitat᷑ sub tropico Capricorni: vo-
lunt igit᷑ q sit habitatio sub dictis tropicis non ɔtinua
sed iterpolata ⁊ per tēpora. ❡ Sed hoc dicere est mul-
tū irrationale: qa habitatio debet esse tēperata cōtinue.
In loco eni3 in quo lz sit tēperies in estate: tn̄ in hyeme
est frigus mortificās aīalia nō pōt esse habitatio: nec in
loco in quo in hyeme est tēperies: tn̄ in estate calor com-
burens ⁊ corrūpens: pōt eni eē q ibi sint aīalia imperfe-
cta vt musce et silia que in estate gn̄ant᷑ ex putrefactiōe
⁊ in hyeme corrumpunt᷑: sed nos loquimur de aīalibus p-
fectis: ⁊ precipue hoīe: que viuunt lōgo spatio tēporis.
Nec possint dicere q hoīes ibi habitēt in hyeme: tn̄ so-
le appropinquāte ad tropicū Cācri mutēt habitationē:
q2 hoc nō est cōueniēs nec cōmodū esse in cōtinua mu-
tatione. Etiā opz q isti mouerent᷑ in hac trāslatione tā-
ta velocitate quāta mouet᷑ sol declinādo qd est oīno im-
possibile: nec si eēnt in motu ɔtinuo possent tātū spatiū
terre p̄trāsire. ❡ Rō q̄qz eoꝝ deficit: qa lz in 6° clima-
te magis appropīquet sol ad çenith i estate q̄z ad çenith
eoꝝ in hyeme: tn̄ nō sūt eē fa eq̄lia: q2 i 6° climate pp di-
stātiā quā habuit sol a çenith in hyeme: aer et oīa elm̄ta
sūt adeo indisposita: q nō pōt in eis virtus solis īprimi.


Sed sub tropico Cācri ex quo sol fuit in zenith: vbi produxit caliditatē magnā: in remotione q̄ñ cōseruat illā caliditatē: vt postea rediēs inueniat eā: ⁊ semꝑ ꝓsequeret ibi caliditas: faciūt nāq̄ꝫ cōparationē iter maximā ꝓpinquitatē in 6° climate ⁊ maximā remotionē sub tropico: ⁊ nō cōsiderāt ꝙ sit diuersaꝝ rōnū: q̄a ꝓpinquitionē solis in 6° climate ꝑcessit remotio: remotionē aūt eiusdē sub tropico Cācri ꝑcessit appropinquatio. ¶ Ideo dicamus aliter s̄m sn̄iam Aristo. Ptol. ⁊ alioꝝ phoꝝ: ꝙ sub equinoctiali habitari intelligit̄ dupl'r. p̄mo mō simpl'r: ⁊ est q̄rere vtrū aliq̄ viuāt ⁊ hītent sub eqnoctiali. ¶ 2° mō pt itelligi nō simpl'r sꝫ cū ꝯditioe. v.g. Utrū sub eqnoctiali sit hītatio tēperata ei bona. ¶ Qua distictione stāte dico p̄mo ꝙ sub eqnoctiali ⁊ ꝫona torrida est habitatio: patet auctoritate Ptol. 2° Almag. cap̄ 6° vbi in numerādo lineas palellas eqnoctiali. que sunt habitate ponit multas eaꝝ in ꝫona torrida iter eqnoctialē ⁊ tropicū Cācri. Itē 2° quadripar. dicit iter eqnoctialē ⁊ tropicūꝫ p̄dictū eē ethiopes. Itē oēs astrologi vt dicit Auctor in 3° huius distiguētes terrā habitatā in septē climata ponūt totū p̄mū clima ⁊ medietatē scđi in ꝫona media: nā p̄ncipiū p̄mi distat ab equatore duodecim gradib⁹: ⁊ q̄a Cācer declinat 24.° gradibus fere: pꝫ ꝙ p̄n^m p̄mi climatis est in medio per eq̄distātiā iter tropicū Cācri ⁊ equatorē. qui tropicus Cācri trāsit per mediū scđi climatis: vt patebit in 3° hu⁹. Itē Lucanus. d. Ethiopūq̄ꝫ solum qđ nō p̄meret ab vlla Signiferi regiōe poli: ni poplite lapso Ultima curuati pcederet vngula tauri. vult itaq̄ꝫ Lucanus ꝙ Ethiopia p̄mat̄ ab vngula Tauri: quare pꝫ ꝙ est in ꝫona torrida. ¶ Probat̄ quoq̄ꝫ rōne: nā nigredo causat̄ ex calore in humido agēte: vt vult Auicēna p̄° p̄ma. Ethiopes aūt sunt nigri aridi ⁊ sicci. pꝫ ꝙ morant̄ in loco excessiue calido. sed nō dat̄ locus excessiue calidus citra tropicū Cancri versus polum arcticū: q̄a talis est tēperatus ⁊ ꝫona tēperata: q̄re habitant iter tropicos ⁊ ꝫonā torridā. ¶ Scđo dico ꝫonā mediā est multū calidā ⁊ pꝛiue habitationis: qđ probat̄. effectus agentis ꝓportionat̄ in actiōe eius situi ⁊ distātie ⁊ ꝓpīqtate: sic pꝫ de igne in infimo fornacis: supra quē ⁊ in qua fornace sunt multe māsiones: velut sunt ille q̄b⁹ vtunt̄ Alchimiste. ignis igit̄ calefacit oēs has fornacis māsiones diuersimode tñ: q̄a quāto est ꝓpīqor tāto magis ab igne calefit: nā ꝓpinquissime multū calefiunt: ⁊ ita gradatiꝫ quousq̄ꝫ deueniat̄ ad illā que est in medio: que habebit calorē tēperatū: alie v° multū distantes erūt frigide. cū ad eas nō ꝑueniat calor ignis: qualē nāq̄ꝫ hñt in situ ordinē talē recipiūt ordinē effectuū: nec esset rectus ⁊ naturalis ordo nec polis: vt q̄ est ꝓpinq̄ssima igni eēt tēpata: ⁊ ꝯsequēter se hñs cal'a: ⁊ post hāc alia tēperata. Sꝫ in actione solis ꝫone iste sunt ꝓportionate in situ ⁊ distantia a sole ipso. ergo recipiunt ꝓportionat'r effectū solis: nā que est ꝓpinquissima est calidissima: remotissima v° ecōuerso est fridissima: ⁊ que in medio tēperata: ita ꝙ quāto magis appropinquat ipsi soli tāto maiorē impressionē recipit caloris. nec esset ordo decēs ⁊ nālis vt ꝫona sub eqnoctiali cui semper sol assistit: a quo nūq̄ꝫ valde discedit et declinat sit tēperata: ⁊ ea que sub tropico Cācri ꝯsequēter se hēt sit calida: ⁊ eā succedat alia tēperata. nō est nāq̄ꝫ cōueniens dicere ꝙ sol in diuersis distantiis agat eundem effectū: q̄re cōcludenduꝫ est ꝙ tota ꝫona sub tropicis est calida: ⁊ maior ⁊ intēsior calor reperit̄ sub linea equatoris: nā ab ea vndeq̄ꝫ reperit̄ calor remissior vsq̄ꝫ ad polos: sub quib⁹ est frigiditas magna: vt patet. ¶ Scđa ratio ⁊ sumit̄ ab Auer. 2° metheo. Si dat̄ vnū ꝯtrarioꝝ in natura ⁊ reliquū 2° de celo: calor ⁊ frigus sunt ꝯtraria: ⁊ datur ꝫona frigida sub polis. ergo dat̄ ⁊ calida: q̄a aliter intensa frigiditas oīa mortificaret ⁊ corrumperet: ꝫona huiꝰ calida est sub equatore dici: qđ probat̄: q̄a ꝯtrariorū effectuū sunt ꝯtrarie cause 2° de gn̄atione: frigiditas intensa causatur ex vltima remotione solis. ergo caliditas intensa a maxima ꝓpinquatione eiusdem. Sed nulla pars terre tantū est vicina soli: quātum ea que est sub equinoctiali. q̄a semper sol est in equinoctiali vel ꝓpinquius a quolibet alio puncto celi sol ipse magis discedit q̄ꝫ ab equinoctiali: nā a tropico Cancri remouet̄. 47. g̱. 42. m. dūꝫ est in principio Capricorni: ab eqnoctiali v° nō remouet̄ maxima remotione nisi. 23. g̱. 51. m. quanta est maxima declinatio eius: cuꝫ igit̄ ꝓpinquissimus sit equinoctiali. sequit̄ ꝙ ibi maximā caliditatem ꝓducit. ¶ Tertia ratio. Cōtraria in nā maxie distant. ꝫona igit̄ calida cū opponat̄ frigidis: maxime debet ab eis distare. sed cū ꝫone frigide sint sub polis: nō dat̄ ab eis locus distātior q̄ꝫ eqnoctialis qui est in medio eoꝝ: a quo vtrūq̄ꝫ remouet̄ nec io approximat̄ alteri poloꝝ: quare ꝫona torrida est sub equatore p̄ncipal'r: ibi nāq̄ꝫ est maxima caliditas. Et dic̄ Auer. ꝙ he due rōnes sūt demōstrationes signi: q̄a cōcludūt ꝫonā torridā esse sub equatore nō per cām caloris: sed per signū. s. per loca frigidarū regionū. ¶ Quarta ratio. Pro qua supponēdū est ꝙ cū sol aliquo tēpore generet maiorē calorē vt in estate ⁊ in aliquo minorē. s. in hyeme: nō est ꝓpter ꝓpinquitatē eius ⁊ remotionē a terra: vt. s. dū intēsius calefacit sit vicinior: ⁊ dū minus calefacit sit remotior: q̄a vidēm⁹ oppositū: nā estate sol est in auge excentrici ⁊ remotissim⁹: in hyeme v° in opposito augis ⁊ ꝓpinqssimus. Similiter sequeret̄ si hoc esset: ꝙ esset calor intensior in mōtibus altis q̄ꝫ in vallibus: qđ falsum est ⁊ cōtra sensum. ¶ 2° nō est causa caloris longior mora solis supra oriꝫonteꝫ: q̄a tunc ꝫona calidissima esset sub polis: supra quoꝝ oriꝫontē sol mouet̄ ⁊ videt̄ sex mēsibus: vt dicet̄ 3° huius. ¶ Tertio dico ꝙ nec est causa caloris multiplicatio radioꝝ: q̄a tunc ita in hyeme esset calor magnus sicut in estate: vtroq̄ꝫ nāq̄ꝫ tēpore multiplicantur radii ex sole. Etiā si radii solares ingrediant̄ per fenestrā et per aliā sibi oppositā exeant: nō calefaciunt domū. Sed cā caloris est multiplicatio radioꝝ simul cū reflexionibus: vñ multotiens in vmbra vbi non pertingunt radii solares est maior calor solū ꝓpter reflexionē eoꝝ q̄ꝫ vbi multiplicant̄ radii: velut per experimentū pꝫ. Hac etiā de cā in locis vallosis est longe itensior calor q̄ꝫ in mōtib⁹ aīt ita bene multiplicent̄ radii in mōtib⁹ velut in vallib⁹. Et pbat̄ q̄a ex eodē generat̄ calor ex quo lumē. lumē generat̄ non tm̄ mediantibus radiis: sed etiā per radioꝝ reflexiones: cū docet experientia: nā domus lucet i die lꝫ radii solares nō ingrediant̄ eā: simil'r qñ ingrediunt̄ nō tm̄ lucet pars domus in qua sūt: sed etiā reliq̄ partes domus: qđ nō contingit ob aliud nisi ꝓpter reflexionem: ideo ⁊ calor causatur mediantibus reflexionibus. ¶ Scđo est sciendū pro huius declaratione ꝙ cū radii simul cum reflexionibus sint causa caloris: s̄m variū ⁊ diuersum modū se adinuicē habēdi variat̄ calor. i. varietas caloris causat̄ in intensione ⁊ remissione: q̄a dūꝫ reflexiones sunt cōiuncte vel propinque radiis: magis calefaciunt: q̄a virtus vnita fortior est: sed dum sunt disgregati ⁊ disiuncti sunt in agendo debiles. Reflexiones aūt diuersimode se habēt cū radiis s̄m ꝙ radii diuersimode multiplicant̄: multiplicant̄ autē quadrupliciter: ideo quadruplex est radioꝝ maneries: scilꝫ cōtingens: incidēs obliq̄. icidēs perpēdiculariter: ⁊ icidēs in p̄ncto. Cōtingēs quidē radius nullū vl' modicū ꝓducit calorē.

Cuius

Cuius rõ est qꝛ calor fit ex reuerberatione radioꝝ vt dictum est. iõ radij nõ reuerberãtes vl nõ reflectẽtes nullũ vel modicũ causant calorẽ. Radius aũt ꝯtingẽs nullo mõ reuerberat: sed tãgit ꝛ trãsit directe. ac si nõ tãgeret sicut linea ꝯtingẽs circulũ in pũcto nõ secat illum: ꝛ huiꝰ sunt radij Solis dũ est ꝑcise in oriçõte. iõ tũc paꝝ vel nihil calefacit: tales ẽt sunt radij solis existentis in eqnoctiali existẽtibꝰ sub polo. qꝛ solũ ꝯtingit ꝛ trãseũt vt dcm̃ est. Radius võ incidẽs oblique ex quo reuerberat: causat calorẽ: maiorẽ tñ vel minorẽ ſm ꝙ angulus cãtus iter radiũ ꝛ reflexionẽ fuerit acutior vl obtusior: nã quãto fuerit acutior tãto radius ꝛ reflexio ꝓpinquiores: ꝛ ꝯñter calorẽ maiorẽ causat: ꝛ quanto magis obtusus: tãto calorẽ minorẽ ꝛ remissiorẽ ꝓpter cãm oppositã. Causat aũt angulus acutior quanto sol fuerit magis eleuatus ab oriçonte: ꝛ ꝓpinquior Zenith. Cuius cã est qꝛ radius directe multiplicat. qui si habeat liberũ exitũ in aliquo plano imaginato: nec reperiat obstaculum corporis opaci. transit directe in illo plano imaginato: causando angulos ꝯtra se positos equales. v̄.g. in plano A b. cadit radius C D in puncto D. qui radiꝰ si nõ ipedit a ꝑfato plano trãsit vltra vsqꝫ i E. secans illũ. ꝛ anguli cõtra se positi A d e. ꝛ C D b. sũt equales p. 15. pmi Euclidis. sꝫ qꝛ nõ trãsit nec secat: sꝫ reflectit: opꝫ ꝙ reflexio sit equalis ꝛ causet angulum



v̄.g. A d f. eqlẽ angulo A d e: quẽ. s. fecisset, si nõ reflecteret sed vltra trãsiret: cũ igit vterqꝫ anguloꝝ. s. angulus C D b quẽ facit radius in plano: ꝛ A d f. quẽ facit reflexio in codẽ sint equales angulo A D e: sunt ẽt iter se eq̃les: iõ patet ꝙ angulus reflexionis est eq̃lis angulo icidentie: ꝛ hoc manifestat in aqua in speculo ẽt in oibꝰ reflexioibꝰ vt volunt perspectiui: iõ quãto Sol fuerit altior. tãto maiorẽ angulum causat in terra eius radius ꝛ ꝯñter reflexio etiã maiorẽ. ꝛ minor angulus inter reflexionẽ ꝛ radius cãtur. iõ reflexio ꝛ radiꝰ sunt magis vniti. v̄.g. Si sol sit in. C. radius eiꝰ C D. ꝛ reflexio D f. cãnt angulũ obtusum C D f. ꝛ ꝯñter sunt multũ disiũcti. Si võ sit Sol adhuc altior vt in. g. radius eiꝰ G D. ac reflexio D h cãnt angulũ adhuc acutiorẽ: qui est G D h. ꝛ cõsequẽter sunt magis ꝯiuncti ꝛ calor maior. Si ẽt sit altior vt in. J. radius J d. ꝛ reflexio D k. cãnt angulũ J D K. ẽt acutiorẽ ꝛ calorẽ maiorẽ ꝛ itensiorẽ: vt pꝫ. Ex hoc pꝫ quare in hyeme causat frigꝰ: ꝛ maius ẽt in 6° ꝛ 7° Climate: qꝛ radius Solis ꝛ eius reflexio facit angulũ magis obtusum illo tẽpore ꝛ in illis locis: ꝓpter hoc ꝙ sol parũ eleuat super oriçõtẽ. Ecõtra in estate similiter in ꝑmo ꝛ secũdo climate: qꝛ sol multũ supra oriçontẽ eleuat. Radius aũt icidens perpendiculariter causat adustionẽ. qꝛ in seipm reflectit. Cuiꝰ rõ est: qꝛ si secaret planũ causaret angulos rectos vt dcm̃ est. ex quo directe multiplicat: sed qꝛ reflectit: opꝫ ꝙ illa eiꝰ reflexio causet etiã angulos rectos: ꝛ qꝛ oẽs anguli recti sunt eq̃les: cũ radius causet angulos rectos similiter ꝛ reflexio. reflexio vnit simul cũ radio: qꝛ in eodẽ pũcto eiusdẽ plani nõ pñt duci due linee ꝑpendiculares: iõ dũ sol est in Zenith in pũcto L: causans radiũ L D. reflexio erit D L. iõ reflexio vnita cũ radio causat adustionẽ: ꝛ hoc cõtingit dũ Sol est in Zenith (vt dcm̃ est.) ℂ Radiꝰ ai t in pũcto incidens gñat icendiũ. Cuiꝰ rõ est: qꝛ plurime radioꝝ reflexiones ex diuersis radijs vniunt in pũcto medio: hoc aũt ꝯtingit in ꝯcauo terso ꝛ polito. vt in calibe concauo. v̄.g. a luminoso. A. multiplicant plurimi radij vt A b. A c. A d. A e. A f. in concauo. nõ oẽs in seipsos




reflectũt qꝛ nõ cadũt in eo ꝑpẽdiculariter nisi vnꝰ: nec reflectunt ex cõcauũ sed oẽs itra versus radiũ ꝑpẽdicularẽ: vt i pũcto g i medio cõcaui: ita vt tot radioꝝ reflexiones in vno pũcto vnite causent incendiũ. naꝫ si ꝯcauũ opponat soli tẽporibꝰ calidis ꝛ intra illuꝫ ponat aliqđ cõbustibile vt stupa vel aliud faciliter incendibilem: faciliter coburet. hoc qđ ẽ pꝫ in speculo cocauo pcipue si sit de calibe ꝛ opponat soli in diebus multũ calidis ꝛ in meridie. Similr patet in berillo crystallo ꝛ vitro rotũdo pleno aq̃ frigida. Et hec est causa ꝙ in locis vallosis gñat calor intensus: qꝛ in medio vallis ex multis pũctis ꝛ locis cõgregant reflexiones radioꝝ in vno puncto: ꝛ gñat calor itensus. ℂ Quibꝰ suppositis ꝛ intellectis dico. Ibi est itensissimus calor vbi sol accedit ad Zenith vel ab eo parũ remouet: ꝓijcit radios ꝑpendiculares vel prope: vnitos vel ꝓpinquos reflexionibꝰ: qꝛ hec est cã caloris vt patet per pᵐ suppositũ. Sed sol est in equatore vel nõ multũ ab eo distans. nam bis in anno trãsit per Zenith existẽtiũ sub eqnoctiali: alijs võ tẽporibus parũ a çenith elongat. ģ sub eqnoctiali ꝓijcit radios ꝑpendiculares vel ꝓpinquos eis. qbus cõiungunt ꝛ vniunt reflexiones. ꝛ calorẽ intensus gñant. Et qñ sol est multũ remotus ab eqnoctiali. est ita propinquus ꝙ ꝯseruat calorẽ in aere ꝓductũ ab eo dũ erat ꝓpinquus: ita ꝙ nunqꝫ ibi calor oĩno remittit sicut in nr̃a regione: in qua cũ Sol multũ elonget a çenith in hyeme. calor totaliter deficit: ꝙ sol appropinquãs repetit aerẽ ꝛ elementa reliqua ita indisposita ꝙ videt non posse gñare calorẽ: ꝛ tñ cãt tantũ ꝛ tã magnũ calorẽ: quãto igit maiorẽ ibi vt patet. Et hec demrãtio vt dicit idẽ Auer. Cõmen. dat cãm ꝛ esse. i. ꝓpter qđ ꝛ qꝛ: ꝯcludit enĩ esse effectus. s. ꝙ sub eqnoctiali nõ sit habitatio ꝛ per cãm eiꝰ. s. per reflexionẽ radioꝝ solis ad rectos angulos vel ꝓpinquos: vt dcm̃ est. ℂ Modo rñdetur ad rõnes ante oppositũ. Ad pᵐ dĩ ꝙ Auctor nõ ꝯtradicit sibi. n. i in 3° huius nõ itelligit ꝙ sub eqnoctiali habitantes hẽant simpliciter duas estates ꝛ duas hyemes: qꝛ ibi est semper estas ꝛ calor torrens: sed itelligit per hyemẽ minorẽ calorẽ. nã mediũ cõparatũ extremo denominationẽ accipit alteriꝰ extremi. vt tepiditas cõparata calori magno dĩ frigus: ꝛ cõparata frigori dĩ calor: ita minorẽ vel remissiorẽ calorẽ cõtingere sub equatore sole existẽte in suis maximis declinationibus vocat frigus: iõ dicit ꝙ habent duas hyemes. Ad alia patet ex dictis: ꝯcedit. n. ꝙ ibi sit habitatio. nec querit hoc: sꝫ vtrũ sit habitatio temperata. ℂ Ad 2ᵃᵐ rõnez dicit ꝙ lꝫ Sol non moret supra oriçontẽ tãto tẽpore existentibꝰ sub eq̃tore quãto


morat habētib⁹ oriçontē obliquū: tñ agit magis in illo tempore ibi q̄ in hoc, ꝑpter debitā applicationē quam habet ad passū: plus enim agit Sol exñs in çenith in .12. horis q̄ .15. horis multū distās a çenith: maior est ꝓportio ⁊ excessus applicatiõis solis ⁊ potētie eius dum existit in çenith q̄ sit excessus tēporis ad tēpus: ⁊ plus facit optima applicatio q̄ tēporis lõgitudo. sicut pꝫ in regione sub polis in qua nihil iuuat ad calorē tēporis lõgitudo ꝑpter indispositionē actionis solis. ¶ Ad 3ᵘᵐ dꝫ q̄ ꝓpinquitas solis ad terrā parū facit: multū agit ꝓpinqtas eius ad çenith. nā hec est cā ꝓncipalis in ꝓducendo calorē: ⁊ oēs sunt tñ disponētes vel adiuuantes vt pꝫ. Sol eni in ꝓn° Cancri lꝫ sit remotissim⁹ a terra ex quo est in auge sui eccentrici: tñ multū calefacit in nostra regione ꝑpter ꝓpinquitatem quā hēt ad Zenith. ⁊ in ꝓn° Capricorni existens lꝫ sit ꝓpinquissimus terre in opposito augis: tñ parū causat caloris ꝑpter distātiā quā hēt a Zenith. ¶ Ad 4ᵘᵐ rõnē dꝫ q̄ verū est q̄ sol in equinoctiali existēs multū declinat. tñ semp est eqnoctiali ꝓpinquus: nõ eni causat calorē solum ꝑpter hoc q̄ est in Zenith: sed ēt ꝑpter hoc q̄ est ꝓpinquus. ita sol dū nõ est in equoctiali habet tñ semp ad eū ꝓpinqtatē vt dictū est. ¶ Ad duo signa Auicēne per que videt̃ ꝓbare q̄ magis facit mora tēporis ad actionē q̄ ꝓpinquitas solis ad çenith. dꝫ q̄ oē agens nāle quātūcūq̄ sit virtutis reqrit ⁊ limitat sibi tēpus in agēdo qꝛ aliter nõ posset actionē explere. quo fit vt agens debilius in multo longiori tēpore magis ageret q̄ agēs fortius in tēpore multo minori. Sol est agens potentius in Zenith q̄ alibi: ⁊ reqrit tēpus cõueniens ad agendū. qḋ si nõ haberet: ageret intensius dum est a Zenith remotus. vnde si esset in loco parū declinante a çenith staret q̄ magis ageret in tēpore multo longiori q̄ agit in Zenith in tēpore breui. Ita est in ꝓposito q̄ Sol dū est in meridiano egit tempore sex horarū: sed post meridiē duab⁹ horis parū declinat ab illa altitudine quā habebat existens in meridiano ⁊ tēpori multū est additū: virtus parū ⁊ insensibiliter est diminuta: tēpus vero est multū augmētatū: maius est augmētū tēporis q̄ virtutis diminutio. v.g. virtus que prius erat vt .10. diminuta est vt vnū ⁊ facta est vt nonē: tēpus qḋ prius erat sex horarū factū est .8. horarū: auctū est tēpus tertia parte eius: virtus vero diminuta est decia parte: ideo nõ est mirū si post meridiē duab⁹ horis magis calefacit: qꝛ parū declinauit ab altitudine quā prius in meridiano habuit. nā minima declinatio est in meridiano ⁊ prope eū maxima vero inclinatio est ꝓpe oriçontē: ideo quādo sol est prope occasum ⁊ multū declinauit ab altitudine priori multū est remissus pristinus calor. Et per hoc solutū est p̄ᵐ signū Auicenne. ¶ Eodem quoq̄ mõ dꝫ ad 2ᵐ. Sol nāq̄ in ꝓn° Leonis magis calefacit q̄ in Cancro lꝫ iā declinauerit ab altitudine priori. hoc est qꝛ parū declinauit: minima eni declinatio quā possit hēre çodiacus est prope solstitia vt dcm̃ ē: q̄re virtus solis parū est diminuta ab eo q̄ fuerat in ꝓn° Cancri. tēpus tñ multū est auctū. quo in parte fuit septētrionis. in ꝓn° Cancri tam stetit in parte septētrionali trib⁹ mensib⁹. in ꝓn° vero Leonis q̄tuor mēsib⁹ maior est excessus q̄tuor mensium ad tres q̄ sit excessus declinationis Cancri ad declinationē Leonis: Cancer eni declinat fere g̃. 24. Leo vero .21. mõ .24. ad .21. est ꝓportio sexquiseptima. 4ᵒʳ vero ad tria est ꝓportio sexquitertia: maior igit̃ est ꝓportio tēporis ad tēpus: q̄ declinatiõis ad declinationē. Sed tñ dū sol icipit multū declinare qḋ fit in virgine: tūc calor multū remittit̃: lꝫ longiori tēpore fuerit Sol in parte septētrionis duꝫ est in virgine q̄ fuerat existēs in Leone.

Et sic pꝫ solutio oium obiectoꝝ. ¶ Siquis aūt vellet tenere aliā opinionē ob reuerētiā tātoꝝ viroꝝ quāti sūt qui eā imitant̃ ⁊ tenēt Auicēna. Alb. Magn. Petrus Paduanēsis: posset soluere rõnes factas ꝯtra eā. Ad rõnē Ptol. 2° Almag. qñ dicit q̄ si sub equinoctiali esset habitatio aliqs inde venisset qui hoc manifestasset, dico q̄ iam manifestatus est ⁊ multi inde venūt: vt de aliqbus refert ꝓfatus Conciliator. Et dato q̄ nemo inde veniret: nõ ꝑpter hoc negare debemus ibi esse habitationē ⁊ bonā: qꝛ pōt esse ꝑpter aliqḋ īpedimētū vt maria montes vel alia. qbus huic illuc vel illinc huc nõ datur transitus. Qḋ enim ignorat̃ nõ debet simplr̃ negari. ¶ Ad aliud eiusdē secūdi quadripar. ⁊ Lucani. quādo dꝫ q̄ ibi habitāt Ethiopes: qui ob nigredinē ⁊ corporū ariditatē ostēdūt loci illius intēperiē. dico q̄ Ethiopia non est sub equatore sed sub tropico Cancri vel prope. ¶ Ad rõnē quā nos faciebam⁹ q̄ tēperata çona nõ pōt esse inter extrema calida. verū est si ei⁹ tēperies fieret ex illis extremis: qꝛ dum mediū fit ex extremis. opꝫ q̄ extrema sint opposita. nõ Zona tēperata sub eqnoctiali nõ tēperat̃ ex extremis: sed fit tēperata a cā superiori. s. ab equalitate ⁊ tēperie causarū: qꝛ. s. Sol non longo tēpore morat̃ supra oriçontē: neq̄ supra çenith nec etiā multū est ꝓpinquus terre dū existit in equatore. ¶ Ad p̄ᵐ rõnē que facta est in 2ᵃ ꝯclusiõe: quādo dꝫ q̄ agētis effectus debēt ꝓportionari ordini situs: dico q̄ est verū nisi sit īpedimentū ⁊ ꝓuatio alicuius dispositiõis. sicut est ad ꝓpositū: aliā nāq̄ dispositionē habet sol dum est in eqnoctiali: qꝛ parū tēporis morat̃ supra oriçontem ⁊ supra çenith ⁊ aliā in tropico ⁊ alijs locis: qꝛ morat̃ longiori tēpore supra oriçontē. ⁊ ēt in çenith dum est in Cancro. Exemplū dico nõ esse ad ꝓpositum: qꝛ ignis calefaciens diuersas mansiones fornacis diuersimode magis ⁊ minus fm̃ ꝓpinqtatē ⁊ distātiā. hoc agit qꝛ respectu illarū hēt semp eandē dispositionem: nõ est alia diuersitas nisi in ꝓpinqtate ⁊ distātia. Si vero nõ esset eadē dispositio nõ oporteret. nā nõ magis calefacit lapidē ꝓpinquū q̄ lignū remotū. Ita Sol hēt diuersas dispositiones in agēdo in partē sub eqnoctiali. ¶ Ad 2ᵃᵐ rõnē que est Auer. cõcedit̃ q̄ ex quo dant̃ çone frigide q̄ dentur ēt torride: ⁊ quādo ꝓbat̃ q̄ est sub eqnoctiali: qꝛ sol ꝓducit maximā frigiditatē in distantia. g̃ in propinquo magnā caliditatē: dꝫ q̄ nõ opꝫ: qꝛ sol nõ agit solū per ꝓpinqtatē ad çenith: sed reqrunt̃ alie cāe vt dictū est: ꝓcipue mora vtraq̄: que nõ inueniunt̃ in equatore. Frigiditas aūt ex quo est effect⁹ solis ꝓuatiuus ꝓducit̃ ab eo remotione cuiuslibet cāꝝ illarū. Unde qꝛ cāe ille cõcurrūt in tropicis: ibi est vltimata caliditas: ⁊ hoc est cõueniētius: vt det̃ duplex locus excessiui caloris: sicut dat̃ duplex Zona frigida. ¶ Ad 3ᵘᵐ quādo dꝫ q̄ cõtraria maxime distāt. verū est fm̃ situ vel nām ⁊ perfectionem. nõ eni opꝫ q̄ oia cõtraria maxime distant in situ: qꝛ albedo ⁊ nigredo sunt cõtraria: ⁊ possunt esse in situ ꝓpinqua. Ita nõ reqrit̃ vt calor ⁊ frig⁹ maxime distāt in situ: qꝛ ibi inueniunt̃ vbi cānt̃ ab agente: Sol aūt qui est agens ꝓducit calorē sub tropicis: frig⁹ vero sub polis ꝑpter dispositionē quā hēt in locis istis: que q̄de qualitates ⁊ si nõ maxime distant in situ: distant tñ maxime nā ⁊ ꝑfectione. ¶ Ad 4ᵘᵐ dꝫ fm̃ fundamēta huius opinionis ⁊ veritatē: q̄ nõ sufficit ad itēsionē actiõis agētis potens in agendo: nisi sit debitū tēpus in quo agat: qꝛ magis agit agens debile in tēpore lõgiori: q̄ agēs forte in tēpore breuiori duꝫ est magna ꝓportione minus. Ad ꝓpositū lꝫ Sol existēs in Zenith illoꝝ qui sunt sub eqnoctiali sit agēs forte: qꝛ tñ nõ hēt magnū tēpus in quo

agat qz cito declinat a zenith: τ cito inclinat sub orizonte. nō tñ ꝑducit calorē vltimū ꝑo maiorem ꝑducit in locis in qb⁹ nunq̄ est in zenith τ nō est ita potens: ex h q3 bēt maius tēpus in agendo. ¶ Lz eni ibi sit radioꝝ rectitudo: τ nō in regione τ situ nr̄o. plus tñ calefacit in nr̄o situ q̄3 ibi sub eqnoctiali ꝑpter longitudinem tēporis: plus eni facit apud nos longitudo tēporis q̄dē rectitudo radioꝝ apud illos vt p3 ex superi⁹ dictis. ¶ Queritur 4° an verū sit q̄ pars terre subita regioni τ zone celi existētis iter duos tropicos sit zona torrida ꝑpter h q3 radij solares ꝑpendiculariter ibi cadunt. Similr q̄ ptes terre sub polis sint fride: videt̄ q̄ nō: qz tūc sequeret q̄ tota terra esset vna zona torrida: τ eadē tota esset zona frigida: qd̄ est ipossibile: qz cōtraria nō dicunt̄ de eodē simul τ ꝑm idez ꝑperiher. Declarat̄ ꝯñtia qz tota terra est subita zone celesti iter duos tropicos: τ ꝯñter sol ꝑycit radios ꝑpendiculares sup totā terrā. Similr tota terra est subita τ supposita zone celi que est in circulo arctico vel in circulo antarctico: q̄re tota terra eēt τ extreme calida τ frigida: τ ꝯñter tota inhabitabilis: vt in hac figura sit terra in pūcto. a. Sol b c. trahant̄ ex extremis solis due liee ꝑpendiculariter q̄ sūt b d. τ c e. q̄ ꝯtinēt τ icludūt totā terrā ex q̄ sol maior ē ipa terra: q̄re radij ei⁹ ꝑyciētur ꝑpendiculariter in oī pūcto terre.



Sequit̄ et q̄ maior τ intensior calor fiet in climatib⁹ q̄3 in sphera recta: τ maior in climate magl boreali q̄3 climate minus boreali: q̄ oia sunt cōtraria sensibus τ experientie τ probatur sequela. nā vbiq3 Sol ꝑycit radios perpendiculores vt dcm̄ est: τ cum h in sphera obliqua longiori tēpore est supra orizontē q̄3 in sphera recta: τ longiori i climate magis boreali q̄3 minus vt p3: cū igit̄ hec oīa sint ipossibilia. sequit̄ q̄ falsum sit regionē terre suppositā equatori: vel in qua sol radios ꝑycit perpendiculares: esse calidam; imo videt̄ q̄ perpēdiculares radij nō agāt calorē. ¶ 2° sequeret̄ q̄ tota terra esset frigida: qz tota supposita est Zonis frigidis: qd̄ patet. Sint eni3 circulus arcticus. f g. τ antarcticus. h i. ductis lineis paralellis ab eoꝝ extremis que sunt f h. τ g i. manifestū est q̄ tota terra includit̄ τ contineē inter eas: quare tota terra est frigida τ inhabitata. ¶ In oppositū huius sunt oēs astrologi τ experientia: videmus nāq3 manifeste quedā loca esse excessiua in calore: que magis appropinquāt eqnoctiali: q̄re ibi est Zona torrida: nō ꝑpter aliud nisi ꝑpter cām dictā. s. qz supponit̄ illi parti celi per quā sol semꝑ discurrit. Similr aliquas regiones frigidissimas vt in septimo climate τ vltra. q̄ dat̄ zona frigida que est sub polo loco multū remoto a Sole: sicut dcm̄ est. Eodē mō dant̄ aliq̄ loca tēperata ꝑcipue quartū τ q̄ntū clima: in qb⁹ nō est frigus extremū neq3 calor: qd̄ nō esset: si oīs pars terre eēt supposita torride zone celi vel frigide. ¶ Questio hec est multū grossa: quā quasi dedignabar tangere in h: sed qz q̄dā mirātur de hoc ignorātes qualiter alicui pti celi accipiat̄ ps terre supposita: similiter qualiter in terra proyciant̄ radij ꝑpendiculares: no ad hoꝝ declaratione hec quesiui. Et pro solutione dico q̄ ex quacūq3 celi parte in supficie terre linea cadat ꝑpendiculariter. opz q̄ trāseat per centrū terre: q̄ si nō dirigat̄ ad eius cētrū. ipossibile est ꝑpendiculares esse: sed ex alia parte vsus quā recedit a centro causat angulū maiorē: τ vsus cētrū minorē. Sed qz linea nō di cadere orthogonaliter sup circūferētiam circuli: qz nō causat cū ea angulos rectos: iō 3° elemētorū ꝑpositione. 18. ducit̄ linea ꝑpendicularis sup lineam tangente circulū in pūcto cōtactus: τ ꝑbat̄ q̄ ea transit per centrū: aliter nō esset ꝑpendicularis: τ ecōtra si a pūcto cōtactus linee tangētis circulū ducat̄ linea intra circulū transeuntē per centrū est ꝑpendicularis. v.g. in hac figura: cuius cētrū terre est A. si ex aliq̄ pūcto celi qd̄ sit c. cadat linea e b. nō trāsiens per centrū terre non cadit sup terre supficiē orthogonaliter nec anguli sūt equales: qz alter est obtusus τ reliquus acut⁹. sed linea c d a. cadit ꝑpēdiculariter: qz dirigit̄ ad centrū.



Et si ex circulo arctico e f. ducant̄ linee E a. F a. ad centrū terre: supficies terre que est inclusa his duabus lineis est supposita circulo arctico: τ ꝯñter zona frigida. Eodē mō si ex circulo g h. antarctico ducant̄ linee g a. h a. ad centrū idē: portio supficiei terre que est inter lineas illas supponit̄ polo antarctico τ est 2ª zona frigida. Idē dōm est de zona torrida. nā si pūctus i. sit tropicus cancri: τ k. Capricorni: iter lineas i a. k a. ꝑpendiculares ductas ad centrū portio supficiei terre inclusa dicit̄ supponi parti celi que est iter tropicos: τ ꝯñter est zona torrida. Partes vō terre extra has lineas sunt due zone tēperate. Patet igit̄ q̄ nō debēt duci linee eqdistantes in supficie terre ad hoc vt sup eā cadāt orthogonaliter sed in centro cōcurrentes: qb⁹ ita ductis in terra correspondet pars ꝑportionalis porti celi. ¶ De sole vō est alia rō qz nō ducant̄ linee ex ei⁹ extremis τ circūferentia (vt volūt τ bene Astronomi τ ꝑspectiui) sed ex centro: nunq̄3 eni radij solis dicunt̄ ꝑpendiculores: nisi centrū solis sit ꝑ se in zenith: si eni aliq̄ pars eius τ nō cētrū esset in zenith nō essent radij ꝑpendiculores vere: l3 in hoc esset parua τ insensibilis diuersitas. Et per h p3 solutio ad argumēta cū laude dei.

S Ignoꝝ aūt ort⁹ τ occasus. Tractat⁹ iste est magne dignitatis τ vtilitatis. Dignitatis q̄dē rōne subiecti nā3 agit̄ hic de motu ꝑmi mobilis. Mobile aūt pᵐ est inter oīa alia corpora dignissimū: τ eius motus iter alios motus: tu3 qz est motus pmus ꝑcedens a pmo motore: tu3 ēt qz est cā motuu3 reliquoꝝ. Utilitatis aūt: qz mot⁹ pmi mobilis de quo agit̄ in hoc tractatu est cā motuū alioꝝ orbium: qui nō bene τ pfecte pūt cōprehendi τ sciri sine isto: sic effectus nō pfecte cognoscit̄ sine cā: ēt qz hoc motu mouent̄ cetere sphere: iō hec notitia est vniuersalis: qz est de motu oib⁹ spheris cōi: q̄re est multū necīa astrologo

Meroe	61	73	85	22	11	1
Ethiopia interior	10	45	80	12	14	16
Ex asia prouintie						Australis.
Pontus et Bithinia	50	59	62	43	41	40
Asia minor	55	58	62	40	41	35
Lycia	59	60	61	37	36	35
Galatia	61	63	65	44	41	30
Pamphilia	61	62	64	36	36	35
Cappadocia	27	49	72	51	44	37
Armenia minor	65	68	71	42	39	37
Cilicia	64	66	69	36	37	36
Sarmatia asiatica	64	75	87	55	50	40
Colchis	71	72	74	46	45	44
Hyberia	74	75	76	46	45	44
Albania	77	81	85	47	45	44
Armenia maior	71	75	79	44	41	38
Cyprus insula	64	61	67	36	34	33
Syria	66	69	73	37	33	30
Palestina que et iudea	64	65	67	32	31	30
Arabia petrea	65	67	69	31	29	28
Mesopotamia	72	75	79	44	39	34
Arabia deserta	72	75	79	35	32	39
Babylonia	28	59	80	35	32	30
Assyria	76	79	83	39	37	35
Media	80	89	99	43	38	34
Susiana	80	84	88	38	34	30
Persis	85	89	94	35	32	29
Parthia	94	97	100	38	39	34
Hircania	94	97	100	42	40	38
Arabia felix	65	79	94	29	20	11
Carmania	94	99	104	29	23	18
Margiana	101	103	106	43	41	39
Bactriana	111	115	129	44	41	39
Sogdiana	117	120	124	45	43	41
Scythia intra imaum						
montem	91	97	104	48	45	43
Scythia extra imaum						
montem	144	147	150	49	43	37
Seria	156	166	177	51	44	37
Aria	102	106	111	28	35	33
Paropanisus	113	116	119	38	35	33
Drangiana	103	107	111	32	30	28
Arachosia	112	115	118	32	30	28
Hedrosia	105	111	118	28	22	17
India intra gāgen	109	128	147	37	24	11
India extra gāgen	137	154	172	35	18	1
Aurea chersonesus	145	157	169	9	5	2
Sinarum regio	175	177	180	26	14	2
Taprobone insula	116	125	135	12	6	1

18 ¶ Horiçon qui ⁊ finitor dicit̃ est sphere circulus ma- ior:superi⁹ hemispheriũ ab iferiore diuidēs.est.n.is cir- culus in quē sub dio ↄsistētiũ.circũducētiũq3 oculos: videt̃ obtut⁹ deficere.qm ⁊ dĩ parte celi visam a nõ vi- sa dirimere. Hemispheriũ:dimidiũ3 sphere nũcupam⁹.

19 ¶ Rect⁹ oriçon est oriçon sub equatore habitantiũ: qui ⁊ spherã rectã habere dicunt̃. Obliqu⁹ horiçon est horiçon vltra citraue eq̃torē habitantiũ vbicũq3 mora- ri ↄtingat:qui ⁊ idē spherã declinē:pronã:atq3 obliquã habere dicunt̃. ⁊ oium horiçõtiũ3 capitis vertex polus dicit̃:a finitore scil3 vndiq3:omniq3 ex parte eq̃distãs. Latitudo locoꝝ est interuallũ:atq3 distantia pũcti ver ticalis loci ad equatorē.pro qua hec subdit̃ regula.

20 ¶ Quãta est eleuatio po li mundi sup horiçõtē:tãta est distãtia puncti verticis ad equatorē:qḋ peride est ac si dicat̃ quãta est alicu- ius loci.poli mundi eleua- tio sup horiçõtem:tãta est eiusdē loci latitudo:que h̃ pacto demõstrat̃. ¶ Esto a b c.alter colurus nr̃o me- ridiano ↄiũctus. Linea.b.




equator.c. pũct⁹ verticis.d.polus mũdi.a e.horiçon.ma- nifestũ est arcũ.d e.esse eleuationē poli super horiçontē: quã dico esse equã arcui.c b.qui est distantia puncti ver ticis ad equatorē.nã arcus.b d.(qui est distãtia equato- ris ad polũ mũdi)est 4⁹ pars circuli.a b e.⁊ simil' arc⁹ c e.distantia scil3 puncti verticis ad horiçonta:q̃rta est eiusdē circuli.a b e.nã punctus verticalis:polus est hori çontis.sunt igit̃ arcus.b d.⁊ arcus.c e.q̃drãtes scil3 eius- dem circuli adinuicē equales: quãdoquidē quarte oēs eiusdē circuli adinuicē equant̃.at arcus.c d.est pars pri me quarte.b d.similiter quoq3 ⁊ idē arcus.c d.ps est se- cunde quarte.c e.dempto ḡ ab vtraq3 quartaꝝ cõmuni arcu.c d.residua erũt eq̃lia.nã ꝓloquiũ:dignitasq3 est:si ab equalib⁹ eq̃lia:aut idē cõmune auferas residua esse equalia:s3 dēpto arcu.c d.ab q̃drante.b d.relinquit̃.c b. distãtia a pũcto verticali ad eq̃torē.⁊ dēpto eodē3 arcu c d.ab scdo q̃drãte.c e.relinquit̃.d e.eleuatio.s.poli mũ- di sup horiçontē:equant̃ igit̃ adinuicē.c b.⁊.d e. distan- tia.s.pũcti v̾ticalis ad eq̃torē:⁊ eleuatio poli mundi sup horiçontē.quãta est ergo eleuatio poli mundi super ho- riçontē tanta est ⁊ distantia puncti verticalis ad equa- torem:que est ⁊ loci latitudo atq3 propositum.

¶ De q̃tuor circulis minoribus Capl'm Sextũ.

21 ¶ Tropicus cancri est circulus minor:quē sol in p̃n- cipio cancri existens:ad motum primi mobilis descri- bit:⁊ solstitium estiuum dicitur.

¶ Tropicus Capricorni est circulus minor:quem sol ini- tium Capricorni tenens:ad motũ primi mobilis descri bit.quē ⁊ circulum brume dicimus.

22 ¶ Circulus arcticus est circulus minor quē polus ço diaci ad motũ p̃mi mobilis circa polũ mũdi arcticũ de- scribit. ¶ Circulus antar cticus est circulus minor: quem alter polus çodiaci circa polũ mũdi antarcti- cũ circinat ⁊ describit. Po lũ çodiaci:pũctũ vndecun q3 ecliptice equidistantē nuncupamus. sunt enim poli çodiaci: axis eclipti- ce extremitates.⁊ pro di-



stantia poli çodiaci a polo mundi cognoscenda hec sub- ditur regula.

23 ¶ Quanta est maxima solis declinatio tãta est distã tia poli çodiaci a polo mũdi. Que h̃ pacto demonstrat̃. Sit circulus.a b d.colurus solstitioꝝ.qui ex diffinitione per polos çodiaci pariter ⁊ polos mũdi trãsit.⁊ sit linea a.ecliptica ⁊ linea.b.equator ⁊ pũct⁹.c.polus çodiaci.d. vo polus mũdi.dico ḡ arcum.c d.qui est distãtia poli ço- diaci a polo mũdi equũ esse arcui.b a.qui est maxima so lis declinatio. Nã arc⁹.a c.est q̃rta pars circuli.a b d.est



eni.c.polus ecliptice.a.sed ⁊ arcus.b d.est q̃rta eiusdē circuli.igit̃ q̃rte.a c.⁊.b d. adinuicē equant̃.⁊ arc⁹.b c.est pars q̃rte.a c.itidē3 ⁊ pars quarte.b d.dēpto igit̃ a.duab⁹ quartis.a c.⁊.b d. eodē3 cõmuni arcu qui est b c.residua per ↄceptionē erũt equalia.at dēpto arcu b c.ab arcu.a c.relinquit̃.b a.⁊ dēpto eodē arcu.b c.ab ar cu.b d.relinquit̃.c d.equant̃ igit̃ relicta adĩuicē.c d.⁊.b a.que sunt distantia poli çodiaci a polo mundi ⁊ maxi- ma solis declinatio:qḋ est propositum.

24 ¶ Ex his quoq3 ⁊ determinatis in p̃cedente cõmē- to:distantias tum in celo:tum in terra cognoscere prom ptũ est: vt esto.a d k. colur⁹ solstitioꝝ.⁊ linea.a k.hori- çon.linea.b.circulus brume.c.eq̃tor.d.solstitiũ estiuum e.vertex capitis.f.punctus circuli borei pũcto verticali vicinior.g.polus mundi.h.punctus circuli borei a verti- cali puncto remotissimus.

¶ Ad cognoscenda ergo alicuius loci note latitudinis ci tra equatorem ad circulum estiuum siti:distantiã hori çontis ad punctum circuli borei sibi vicinius.vt arcum k h.substrahe ab arcu.g k.(qui equatur per regulã p̃re- cedentis capitis latitudini loci)arcum.g h.qui equus est maxime solis declinationi a Ptolomeo diffinite. 23.gradium ⁊.51.minutoꝝ ⁊ remaneat distantia petita.

¶ Ad cognoscendam eleuationem poli mundi super ho- riçonta eiusdem loci vt arcum.g k.quere loci illius cu- iuscunq3 per tabulam quarto capiti adiectam:latitudi- nem ⁊ per regulam precedentis capitis habes tuam ele uationem.equatur enĩ latitudo semp polari eleuationi.

¶ Ad cognoscendam maximam eleuationem circuli ar- ctici super horiçontem vt arcum.f k.adde arcu.g k.ele- uationi scil3 poli mundi super horiçonta:arcum.f g.qui equatur maxime solis declinationi:⁊ habes petitum.

¶ Ad cognoscendam distantiam puncti verticalis ad ho riçonta vt arcum.e k.partire.360.circuli numerum:per quatuor ⁊ prouenient.90.scil3 interuallum verticis ca- pitis ⁊ finitoris.

¶ Ad cognoscendam distantiam horiçontis ad circulũ3 estiuum ex eadem parte que est arcus.d k.adiice arcu. d h.(qui est quarta circuli ⁊.60.gradium)arcum.h k. prius cognitum:⁊ habes interuallum inter horiçonta: chelasq3 eadem ex parte interceptum.

¶ Ad cognoscendam distantiam horiçontis eadem ex parte ad equatorem id est arcũ.c k.adde arcu.d k.pro- xime inuenta:maximam solis declinationem.⁊ inter- uallum proueniet petitum.

¶ Ad cognoscendam maximam distantiam horiçontis ad circulum brume hoc est arcum.b k.maxime distan- tie horiçontis ad equatorem:nunc inuente:adiice iterũ maximam solis declinationem vt arcũ3.b a.⁊ habes pe titum. Arcus enim.a k.interualli horiçontis ad horiçon

tem notu s est. nam circuli medietas: que est. 180. & hoc pacto cape distantias ab. h. polo scilz zodiaci. ipsum ad g. ad. f. ad. e. ad. d. ad. c. ad. b. ad. a. comparando. & hunc in modum de ceteris punctis. & cognosces promptissime omnes gradus & minuta distantiarum in celo quibus quidem cum similia vt terris respondeant gradus & minuta intervallorum terre facillime dinosces. & latitudinem parisianam: horum intervallorum formulam subiunximus. eiusmodi distantiarum locorum solis superioris figure litteris vsi vt. k h. pro elevatione poli celi prece super horizontem. & k g. pro elevatione poli mundi. & hoc pacto de reliqs & hor intervallorum distantiarumq cognoscendarum promptitudo: nō parum ad chosmographiam Ptolomei & Geographiam Strabonis habet momentum.

Distantie	G	M	Distantie	G	M	Distantie	G	M	Ad latitudinem. 48.
kh	24	09	bc	113	51	fb	89	51	
kg	48	00	bb	137	42	fa	108	109	
kf	71	51	ba	155	51	ed	24	09	
ke	90	00	gf	23	51	ec	48	00	
kd	114	09	ge	42	0	eb	71	51	
kc	138	00	gd	66	09	ea	90		
kb	161	51	gc	90	00	de	23	51	
ka	180	00	gb	113	51	db	47	42	
Hg	23	51	ga	132	00	da.	65	51	
Hf	47	42	fe	18	09	cb	23	51	
He	65	51	fd	42	09	ea	42	00	
Hd	90	00	fe	66		ba	18	09	


25 ℭ Adverte preterea distantiam proxime a circulo boreo ad circulum cancri (que est arcus. f d.) inveniri subducendo maximam solis declinationem & distantiam circuli borei a cardine mundi. que eidem maxime declinationi equatur: scilz. c d. & f g. ab quarta circuli scilicet 90. gradibus. at maxima solis declinatio que est a Ptolomeo perscripta gradus. 23. & minuta. 51. duplata gradus conflat. 47. & minuta. 42. subductis itaqz a. 90. gradibus eiusmodi geminante distante gradibus. 47. & minuta. 42. relinquuntur gradus. 42. & minuta. 18. proxima scilicet distantia circuli borei ad cancrum: que vt notat auctor fere dupla est ad maximam solis declinationem. fere non ab re adiectum est: qz ea minor est duplo maxime declinationis: quanto. 47. gradus & . 42. minuta superat. 42. gradus & . 18. minuta scilicet: quinque gradibus & . 24. minutis neqz Auctor exactam pro introductionis officio curavit ponere numerationem.

26 ℭ Id demum animadversione non est indignum: nos omnino verum esse maximam solis declinationem gradus. 23. minuta. 51. constanter servare propter motū inclinationis octavi circuli quem motum sol insequitur: scilicet in definienda: determinādaqz maxime declinationis quantitate: secutus est Alphraganum & ille Ptolomeum cui nondum octavi circuli inclinationis motus quem accessum: recessumqz vocant satis explorata evaserat qđ ex theoricis fidelius regrere licebit.

ℭ De quinque zonis Capitulū septimū.

27 ℭ Paralellus circulus est qui quoquo versus omniqz ex parte alteri circulo equidistat vt circulus arctic⁹ paralellus est circulo cancri: equatori: circulo brume: & antarctico. & sunt qnque paralelli in sphera signati: qui sunt circulus arcticus: circulus cancri: equator: circulus Capricorni: & circulus antarcticus: quorum quatuor minores arcticus: cancri: Capricorni. & antarctic⁹ disterminant distinguuntqz quinque celi zonas.

28 ℭ Esto ergo adiecte figure. a. polus mundi. b. & c. circulus boreus. d e. circulus cancri. f g. circulus brume. h k. circulus antarcticus. l. vo polus notius atqz astronomicus. erit prima zona scilicet borea: arcticaqz: totum inter. b a c. interceptum spatium: que continuo frigore rigens inhabitata est. secunda erit totum inter. b c. & . d e.



interceptum spatium temperata atqz habitabilis. tertia erit totum inter. d e. & f g. interceptum spatium fervore male: egreqz habitabilis. sol enim illic fm lineam. g d. (que nobis eclipticā designat) assidua volubilitate gyros ducēs suo fervore eam reddit inhabitatam. quarta est totum inter. f g. & h k. interceptum spatium: temperata atqz habitabilis si aquarum vastitas & altera celi facies id impune sinat. quinta est totum inter. h k l. interclusum spatium: frigore semper horrens: atqz inhabitata. cum dicimus aliquam celi zonam: aut habitatam: aut inhabitatam hanc denominationem a simili zona terre illi celesti plage subiecte intelligi volumus. & inhabitatam aut habitabilem dicimus: bene & facile habitabilem qđ autem inhabitatam inhabitabilēue: egre: difficileqz habitabilem intelligimus. sunt eniz qui exustam torridamqz zonam nūc habitant multi. & he quinque zone sumpta sphera facile conspiciuntur. Cetera autem littere intellectu pervia sunt.

ℭ Introductorij Astronomici de sphera secundi finis.

ℭ Enarratio libri tertij.

ℭ De ortu & occasu signorum: de diversitate dierum & noctium: & de diversitate climatum. Et primo de ortu & occasu Chosmico: Chronico: & Heliaco: hoc est mūdiali: temporali: & solari. Caplm primū.

1 ℭ Ortus chosmicus qui & mundialis dicitur: est ascēsio signi aut stelle de die super horizonta. diem autem hic eam moram nuncupamus: qua sol super hemisphe rium nostrum fertur qui & dies artificialis inferius vocabitur. Et id signum quod mane cum sole in nostrum conscendit: sensimqz elevatur hemisphérium: maxime & excellentia quadam chosmice oriri dicitur: vt in veris initio Aries: Estatis Cancer: Autūni Chele: in initio brume Capricornus.

2 ¶ Occasus chosmicus est descensio signi aut stelle sub nostrum orizonta: dum sol nostrum occupat hemisphe- rium: et id maxime chosmice occidere dicitur: quod sole dilu- culo sensim ex orientis parte emergente: primo pronum abyt in occasum: vt in veris initio chele: estatis egoceros autumni aries: brume cancer. Sunt enim hec illis signis opposita: que maxime in eorum temporum initys chosmi- ce prius oriri dicebantur: et de hoc ortu occasuque: insigne est hoc Uirgily Georgicon.

Uere fabis satio. tunc te quoque medica putres
Candidus auratis aperit cum cornibus annum
At si triticeam messem: robustaque farra
Ante tibi eoe Athlantides abscondantur:
Debitaque sulcis committas semina: quamque
Accipiunt sulci: et milio venit annua cura:
Taurus: et aduerso cedens canis occidit astro.
Exercebis humum: solisque instabis aristis
Gnosiaque ardentis decedat stella corone:
Inuite properes anni spem credere terre

¶ Quatuor temporum anni initia: media: ac fines: tum in mensibus. tum in signis celestibus hac formula deprehenduntur.

Pri.	Me.	Finis	Tépora	Principium	Mediú	Finis.
M	A	M	Uer	Aries	Taurus	Gemi
I	I	A	Aestas	Cancer	Leo	Uirgo
S	O	N	Autumnus	Libra	Scorpius	Sagit.
D	I	F	Hyems	Capricornus	Aquarius	Pisces

3 ¶ Ortus chronicus qui et temporaneus dicitur est ascen- sio signi aut stelle super orizontem post solis occasum: eo enim tempore quod a crepusculo vespertino principium su- mit: mathematici vtuntur: non qui Arithmeticen: Musi- cen: Geometricam: Astronomicamque dignitatem profitentur sed quos vanos veneficosque nuncupamus: qualibus veneficis sagisque mulieribus: maxime infamis Thessalia fuisse legitur: qualem fuisse Circen: qualemque Medeam his vbis fingit Ouidius.

Dyque omnes noctis adeste:
In fontes redire suos: concussaque sisto.
Nubilaque induco. ventos abigoque. vocoque.
Uiuaque saxa sua conuulsaque robora terra
Et mugire solum. manesque exire sepulchris.
Quorum ope cum volui (ripis mirantibus) amnes
Stantia concutio. cantu freta nubila pello.
Uipereas rumpo verbis et carmine fauces.
Et syluas moueo. iubeoque tremiscere montes:

¶ Et insigniores poete damnum calamitatemque insinuare vo- lentes ad id exprimendum hoc ortu quasi infausto vteban- tur: et hoc quoque ortu non nescius Naso: sui exily infelicem et nullo tempore reuocatam moram his verbis deplorat.

Sed memor vnde abyi: queror o iocunde sodalis
Ui careo vobis scythicas detrusus in oras:
Accedant nostris seua quod arma malis.
Quatuor autumnos pleias orta facit.

4 ¶ Pleiades enim sunt septem stelle Tauri que et Athlan- tides dicuntur: que quidem in chosmico mundanoque ortu fere in medio veris oriuntur: sed ortu chronico fere in me- dio autumni: a septem Athlantis filiabus hec nomina sortite. Ele- ctra: Alcyone: Celeno: Merope: Astrophe: Tagate: Ma- ia. Nec hoc mirum quidem: fuerunt enim Athlas et Mercurius trismegistus Athlantis nepos: insignes astronomi: et fer- me eius artis repertores: qui nomina sideribus fecerunt: que adhuc obseruat posteritas: vt par est credere medice opi- fereque artis primos repertores suis fecisse nomina rebus: quod tamen singulariter inquit Ouidius pleias orta. ea singula- ri insignique appellatione Maiam intelligamus: que ob honorem Mercury pleiados nomen sibi peculiariter vendicat ac ascisit.

5 ¶ Occasus chronicus est descensio signi aut stelle sub orizontem post solis occasum.

6 ¶ Heliacus ortus qui et solaris dicitur: est cum signum aut stella a radys solis emergens incipit apparere. quam prius solis presentia vicinitasque videri non sinebat. insignius enim lumen: minus offundit atque offuscat viderique non permittit.

7 ¶ Heliacus occasus est cum prius astrum aut stella vide- retur. haud quaque amplius videri sinit solis vicinia vt in coitu solis et lune contingit lunam non videri. Astri nomine: ce- lestem imaginem: signumque celeste comprehendimus. Et hi tres ortuum: occasuumque modi ex grecis vocabulis chosmos: chronos: et helios: qui sunt mundus: tempus: sol. nomina sumunt poeticique dicuntur: quod poete frequentius illis vtuntur. idcirco nihil mirum videri debebit: si poetarum adducendo carmina eorum hoc in loco in reque sua: sumus plurimum suffragys vsi. nunc autem ad cetera transeamus.

¶ De ortu et occasu signorum secundum astrologos. Capitulum secundum.
Hic de ascensione atque ortu signorum cuius presertim astro nomi precipua cura est: exequitur Auctor.

8 ¶ Ortus ergo astronomicus signi est ortus: ascensioque eius partis equatoris circuli: que vna cum signo ex orien- tis parte sup orizontem emergit: et hoc pacto de ortu par- tis signi dicatur.

9 ¶ Signum recte oriri dicitur: quo cum maior pars equa- toris oritur: et ita de parte signi dicatur.

10 ¶ Signum oblique proneque oriri dicitur: quo cum minor pars equatoris oritur: et ita quoque de parte signi dicatur.

11 ¶ Occasus astronomicus signi: est descensio eius par- tis equatoris ex parte occidentis: que cum signo preceps: pronaque tendit sub occasum: qui et bifariam diducitur: in rectum: scilicet et pronum.

12 ¶ Occasus signi rectus: est quoties maior pars equa- toris prona cum eo simul occidit: tenditque occasum.

13 ¶ Occasus vero signi prorsus: obliquusque: est quoties equa- toris portio: minor sub orizontem simul vnaque cum signo demergitur. Et intelligitur maior portio equatoris cum signo aut oriri aut cadere quoties plures. 30. gradibus equato- ris cum signo aut emergunt aut decidunt. Et contra: minor si pauciores. 30. gradibus cum eo oriantur: occidantue: et hoc pacto de occasu partium intelligere facillimum est: et de eiusmodi ascensionibus aduertende sunt nonnulle regu- le: quas Auctoris littera continet.

14 ¶ Prima est equinoctialis circulus: tum in sphera re- cta quam declinat: regularis: vniformisque ascendit: ita vt in tem- poribus equalibus continue equales arcus portionesque con- scendant: quo fit vt cum in omni orizonte 24.^or horarum interualla: completam equatoris circuli reuolutionem con- tineant: in vna ergo qualibet hora continuo equatoris. 15. gradus emergunt: fit iterum cum horizon rectus: omnes ar- cus diurnos vbi vis gentium equa partitione cum nocturnis equet: vt sex equatoris signa (hoc est gradus. 180.) duo decim horarum interualla in suo ortu conficiant.

15 ¶ Secunda zodiacus circulus non vniformis ascen- dit: neque in sphera recta quidem: neque in obliqua: sed quanto portio zodiaci rectior ascendit: tanto ampliore temporis mora suus ortus conficitur: et quanto pronior: obliquiorque: tanto contractiore.

16 ¶ Unde cognoscere promptum est presertim obliquum horizonta habentibus: que recte: queue prone signa ori- antur: occidantque. nam cum illis propensissima dies ar- tificialis (quam moram solis super horizonta nuncupa- mus.) duodecim horas sup et vt que habitantibus ad Cy- nosuram sole subeunte cancrum contingit sex signa illa die sup horizontem emergentia vt recta oriantur: pronaque

cadant necesse est: vt esto verbi cã illoꝝ dies longissima sexdecim horarum spatio distensa: quãta nobis Parisianam achademiam colẽtibus accidit. Cuz illo in toto illo sexdecim horarũ iteruallo solum sex signa çodiaci que sunt Cancer Leo Uirgo Chele Scorpius ⁊ Sagittari⁹ oriantur: cõscendantqȝ super horiçonta: ⁊ in duodecim horaꝝ iteruallo totidẽ equatoris signa cõscendant: ergo in sexdecim horarũ iteruallo maior equatoris portio ꝙ̃ signa sex cũ sex çodiaci signis oriuntur. recte igit̃ oriunt̃ Cancer Leo Uirgo Chele Scorpius atqȝ Sagittarius: ⁊ in contractissima die que est sole subeunte brumẽ Capricorniqȝ circulũ (que verbi causa sit octo horarũ) veniũt sex çodiaci signa super horiçontem que sunt Capricornus Aquarius Pisces Aries Taurus ⁊ Gemini: at in octo horarũ interuallo pauciora sex signis eq̃toris oriuntur. oriunt̃ enim dũtaxat q̃tuor: ergo Capricornus: Aquarius Pisces Aries Taurus Gemini oblique oriuntur. Nam cum illis minor equatoris portio oritur. ⁊ hoc habitantibus ad Cancrum: habitantibus enim ad egloceronta: Capricornumqȝ oppositum eueniret. Et eadem ratione Cancer Leo Uirgo Chele Scorpius et Sagittarius recte orientia: prona obliquaqȝ occidunt: nã in cõtractissima nocte (vt verbi causa que octo horaruz est) quẽadmodũ sole initia Cãcri subeunte Parisijs accidit sex illa signa occidunt. at solum equatoris. 4. in illo octo horarũ internallo illis occidũt: cadunt igit̃ prona illa sex signa: ⁊ eodem pacto ostendas Capricornum Aquariũ Pisces Arietem Taurum ⁊ Geminos occidere recte. ꝙ occidãt in protractissima: longissimaqȝ nocte. Et quis ocularis sphere inspectio ad hec ⁊ sequẽtia rite intelligenda non nihil afferat presidij: vix tñ tanto ingenio: tanqȝ fabrefactam inuenias: que arctum ascensionũ. tũ paruoꝝ. tum magnoꝝ discrimina: satis aperte monstret: quapropter vt dilucidius omnia pateant: sepius ascensionuz tabule consulende erunt. neqȝ presentis introductionis officiũ pondus demonstrationis sustinet quo pacto signiferi circuli in vtroqȝ horiçonte ascensionũ iequalitatẽ esse necesse est ⁊ id genus sequentia: in vnaquaqȝ enim disciplina: operepretium ducenduz est illa sola tractari que in ea bene cognosci deprehendiqȝ valeant.

¶ Hec tabula est ascensionum rectarum hoc est habitantiũ sub equatore: cuius prima numeroruz linea in sinistra collocata: ab vno ad triginta continue vsqȝ procedens. gradus signoruz çodiaci declarat. Cetere autem linee a leua dextrorsum tendentes gradus equatoris coascendentes monstrant.

¶ Tabula ascensionis Signorum in Sphera recta.

	Aries		Taurus		Gemini		Cancer		Leo		Uirgo	
G	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M
1	0	55	20	51	58	51	91	6	123	14	153	31
2	1	50	29	49	59	54	92	12	124	16	154	0
3	2	45	30	46	60	57	93	17	125	18	154	57
4	3	40	31	44	62	0	94	22	126	20	155	54
5	4	35	32	42	63	3	95	27	127	22	156	51
6	5	30	33	40	64	6	96	33	128	24	157	48
7	6	25	34	39	65	9	97	38	129	25	158	45
8	7	20	35	37	66	13	98	43	130	26	159	41
9	8	15	36	36	67	17	99	48	131	27	160	37
10	9	11	37	35	68	21	100	53	132	27	161	33
11	10	6	38	34	69	25	101	58	133	28	162	29
12	11	1	39	33	70	29	103	3	134	29	163	25
13	11	57	40	32	71	33	104	8	135	29	164	21
14	12	52	41	31	72	38	105	13	136	29	165	17
15	13	48	42	31	73	43	106	17	137	29	166	12
16	14	43	43	31	74	47	107	22	138	29	167	8
17	15	39	44	31	75	52	108	27	139	28	168	3
18	16	35	45	31	76	57	109	31	140	27	168	59
19	17	31	46	32	78	2	110	35	141	26	169	54
20	18	27	47	33	79	7	111	39	142	25	170	49
21	19	23	48	33	80	12	112	43	143	24	171	45
22	20	19	49	34	81	17	113	47	144	23	172	40
23	21	15	50	35	82	22	114	51	145	21	173	35
24	22	12	51	36	83	27	115	54	146	20	174	30
25	23	9	52	38	84	39	116	57	147	18	175	35
26	24	6	53	40	85	38	118	0	148	16	176	20
27	25	3	54	42	86	43	119	3	149	14	177	15
28	26	0	55	44	87	48	120	6	150	11	178	10
29	26	57	56	46	88	54	121	9	151	9	179	5
30	27	54	57	48	90	0	122	12	152	6	180	0

	Libra		Scorpius		Sagittarius		Capricornus		Aquarius		Pisces	
1	180	55	208	51	238	51	271	0	303	14	333	3
2	181	50	209	49	239	54	272	12	304	10	334	0
3	182	45	210	46	240	57	273	17	305	10	334	57
4	183	40	211	44	242	0	274	22	306	20	335	54
5	184	35	212	42	243	3	275	27	307	22	336	51
6	185	30	213	40	244	6	276	33	308	24	337	48
7	186	25	214	59	245	9	277	38	309	25	338	45
8	187	20	215	37	246	13	278	43	310	26	339	41
9	188	15	216	36	247	17	279	48	311	27	340	37
10	189	11	217	35	248	21	280	53	312	27	341	33
11	190	6	218	34	249	25	281	58	313	28	342	29
12	191	1	219	33	250	29	283	3	314	29	343	25
13	191	57	220	32	251	33	284	8	315	29	344	21
14	192	52	221	31	252	38	285	13	316	29	345	17
15	193	48	222	31	253	43	286	17	317	29	346	12
16	194	43	223	31	254	47	287	22	318	29	347	8
17	195	39	224	31	255	52	288	27	319	28	348	3
18	196	35	225	31	256	57	289	31	320	27	348	59
19	197	31	226	32	258	2	290	35	321	26	349	54
20	198	27	227	33	259	7	291	39	322	25	350	50
21	199	23	228	33	260	12	292	43	323	24	351	45
22	200	19	229	34	261	17	293	45	324	23	352	40
23	201	15	230	35	262	22	294	51	325	21	353	35
24	202	12	231	30	263	27	295	54	326	20	354	30
25	203	9	232	38	264	33	296	57	327	18	355	25
26	204	6	233	40	265	38	298	0	328	16	356	20
27	205	3	234	42	266	43	299	3	329	14	357	15
28	206	0	235	44	267	48	300	6	330	11	358	10
29	206	57	236	46	268	54	301	9	331	9	359	5
30	207	54	237	48	270	0	302	12	332	6	360	0

Hec tabula est ascensionum obliquarum septimi climatis ad latitudinem .48. graduū in qua latitudine fere sita est Parisiensis achademia. Cetera autem vt in precedentis tabule ascensionibus sunt animaduertenda.

Tabula ascensionis Signorum in latitudine .48.

	Aries		Taurus		Gemini		Cancer		Leo		Virgo	
G	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M
1	0	28	15	23	34	26	62	13	99	25	140	25
2	0	56	15	56	35	12	63	20	100	40	141	47
3	1	25	16	29	35	58	64	27	102	0	143	10
4	1	53	17	2	36	45	65	35	103	27	144	32
5	2	22	17	35	37	33	66	43	104	40	145	54
6	2	50	18	9	38	22	67	51	106	9	147	17
7	3	19	18	43	39	12	69	1	107	30	148	[illegible]
8	3	48	19	18	40	1	70	11	108	52	150	1
9	4	17	19	52	40	51	71	22	110	13	151	23
10	4	56	20	27	41	41	72	34	111	35	152	45
11	5	15	21	2	42	32	73	46	112	57	154	7
12	5	44	21	38	43	24	74	59	114	19	155	29
13	6	13	22	14	44	17	76	12	115	41	156	51
14	6	42	22	51	45	11	77	26	117	3	158	13
15	7	11	23	28	46	6	78	40	118	20	159	35
16	7	40	24	6	47	1	79	55	119	40	160	57
17	8	10	24	45	47	57	81	10	121	10	162	19
18	8	39	25	23	48	53	82	26	122	32	163	41
19	9	9	26	2	49	50	83	42	123	54	165	[illegible]
20	9	39	26	41	50	48	84	59	125	17	166	[illegible]
21	10	9	27	21	51	47	86	16	126	40	167	[illegible]
22	10	40	28	2	52	47	87	34	128	3	169	[illegible]
23	11	10	28	42	53	47	88	51	129	20	170	29
24	11	41	29	23	54	48	90	9	130	49	171	51
25	12	12	30	4	55	49	91	27	132	11	173	12
26	12	43	30	46	56	51	92	46	133	34	174	34
27	13	15	31	29	57	54	94	6	134	50	175	50
28	13	46	32	12	58	58	9	25	136	18	177	17
29	14	18	32	56	60	2	96	45	137	40	178	39
30	14	50	23	41	61	7	98	5	139	2	180	0

	Libra		Scorpius		Sagittarius		Capricornus		Aquarius		Pisces	
1	181	21	222	20	263	15	299	58	327	4	345	42
2	182	43	222	42	264	35	301	2	327	46	346	14
3	184	4	225	4	255	54	302	6	328	31	346	45
4	185	26	226	26	267	14	303	9	329	14	347	17
5	186	48	227	49	268	33	304	11	329	56	347	48
6	188	9	229	11	269	51	305	12	330	37	348	19
7	189	31	230	34	271	9	306	12	331	18	348	50
8	190	52	231	57	272	26	307	13	331	58	349	20
9	192	14	233	20	273	44	308	13	332	39	349	51
10	193	36	234	43	275	1	309	12	333	19	350	21
11	194	57	236	6	276	18	310	10	333	58	35	51
12	196	19	237	28	277	34	311	7	334	37	351	21
13	197	41	238	50	278	50	312	3	335	15	351	50
14	199	3	240	12	280	5	312	59	335	54	352	20
15	200	25	241	34	281	20	313	54	336	32	352	49
16	201	47	242	57	282	34	314	49	337	9	353	18
17	203	9	244	19	283	48	315	43	337	46	353	47
18	204	31	245	41	285	1	316	36	338	22	354	16
19	205	53	247	3	286	14	317	28	338	58	354	45
20	207	15	248	25	287	26	318	19	339	33	355	14
21	208	37	249	47	288	38	319	9	340	8	355	43
22	209	9	251	8	289	49	319	59	340	42	356	12
23	211	21	252	30	290	59	320	48	341	17	356	41
24	212	43	253	51	292	8	321	38	341	51	357	10
25	214	6	255	12	293	17	322	27	342	25	357	38
26	215	28	256	33	294	25	323	15	343	58	358	7
27	216	50	257	54	295	33	324	2	343	31	358	35
28	218	13	259	14	296	40	324	348	344	4	359	4
29	219	35	260	35	297	47	325	34	344	37	359	32
30	220	58	261	55	298	53	326	19	345	10	300	0

¶ Et est sciendū ꝙ in sphera recta rc. Hic adhibet aliā regulam que tertia esse poterit: et est hec.

18 ¶ In sphera recta quarte zodiaci a solstitialibus: equinoctialibusqꝫ initijs ichoate, sunt equales in ascensionibus ita vt vna quarta equatoris simul cū earū qualibet perorta cognoscatur: qd in materiali sphera fixo horizonte recto, si eas per quartas istas sensim gyrando circūuolues: oculari patebit indicio.

19 ¶ Ad idē per tabulas cognoscendū: intra tabulā ascēsionū rectaꝝ q̄ icipit ab Ariete, et vide ascensiones in fine Geminoꝝ, reperiesqꝫ gradus 90. qui sunt gradus equatoris: et qui vna cū quarta zodiaci: Ariete Tauro et Geminis, que identidez 90. graduū est coascenderunt: equantur ergo due ille quarte. itidē cape quartā Cācro Leone virgineqꝫ constante, et vide ascensiones in calce Uirginis sitas que sunt gradus 180. a quibus subduc 90. gradus triuni. precedentiū signoꝝ ascensiones: et relinquuntur gradus 90. ascēsiones. s. tribus signis Cācro Leoni Uirginiqꝫ respondentes atqꝫ eque cape itidē quartā Chelarū Scorpij et Sagitarij: et in calce Sagittarij vide ascēsiones equatoris que cum nouem signis Ariete Tauro Geminis Cācro Leone Uirgine Chelis Scorpio et Sagittario ascenderūt, que sunt gradus 270. a quibus subtrahe sex signorū precedentiū Chelas: ascēsiones in calce Uirginis repertas que sunt 180. et relinquent gradus 90. ascēsiones: scilz Libre Scorpio Sagittarioqꝫ respōdentes atqꝫ equales. itidem cape quartam Capricorni: Aquarij et Piscium: et totius equatoris ortus: eleuatio: ascensioqꝫ in calce Pisciū reperta est gradus 360. a quo subtrahe 270. ascensiones. scilz nouem signorūz Capricornū p̄cedētiū in calce Sagittarij repertas, et relinquuntur equatoris gradus 90. gradibꝰ 3. signoꝝ Capricorni Aquarij et Piscium respōdetes atqꝫ equales. est itaqꝫ ex tabula eleuationum rectarū hoc est eleuationū in sphera recta habitantium exploratum, quod in regula et scite et vere fuerat assertum. ¶ Sed tamen partes illarum quartarū.

20 ¶ Eadem ex tabula et in paruo et in magno arcu id deprehensu facile est. e regione enim primi gradus Arietis in eadem ascensionum rectarum tabula: ascensio equatoris est minuta 55. et duorum graduum: Arietis ascensio equatoris est gradus vnus et minuta 50. et triū: Arietis ascensio est gradus 2. et minuta 45. et hoc pacto consequenter: et totus Aries gradus 30. in se complexus: equatoris secum gradus 27. et minuta 54. coascēdentia obtinet. Quo fit vt Aries ī sphera recta minuitꝰ obliquusqꝫ oriatur: itidem et Arietis partes.

21 ¶ Ad cognoscendum quantū oriente Tauro: equatoris cooriatur eadem in sphera: cape in calce Tauri gradus 57. et minuta 48. ascensiones scilz Arieti et Tauro respondentes: a quibus subduc gradus 27. et minuta 45. ascēsiones scilz Arietis: et relinquentur gradus 29. et minuta 54. ascensiones scilicet Tauri. Unde fit vt sphera recta oblique Taurum oriente habeat: et hoc pacto ascēsiones Geminoꝝ Cancri Leonis et reliquorum sua serie sequentium signorum discernes: de singulo quoqꝫ periculum sumere volens: an recte: an secus oriatur.

Que sunt he	G	M		G	M
O Aries	27	54	Chele	27	54
O Taurus	29	54	Scorpius	29	54
R Gemini	32	12	Sagittarius	32	12
R Cancer	32	12	Capricornus	32	12
O Leo	29	54	Aquarius	29	54
O Virgo	27	54	Pisces	27	54

¶ Et non modo id cognoscas: verum et id de singulo quoque gradu cognitu quam facillimum est.

22 ¶ Ad ascẽsiões cuiuslibet gradus seorsũ: singulatimque cognoscẽdas: cape ascensiones e regione petiti gradus repertas: a quibus subduc repertas in directo proxime precedentis gradus: et relinquentur equatoris partes proposito gradui coascendentes: verbi causa petitur quid equatoris vicesimo gradui chelarum coascendat: e regione vicesimi chelarum invenio gradus centum nonagintaocto: minuta vigintiseptem a quibus subduco gradus centũ nonagintaseptẽ minuta. 31. ascensiones ĩ directo vicinioris gradus precedentis repertas et relinquuntur minuta. 56. que sunt propositi gradus ascensio: ascẽditque idem vicesimus chelarum gradus oblique. Et quo pacto hic ytimur tabula ascensionum rectarum ad ascensiones sphere recte dinoscendas: eodem quoque pacto tabula ascensionũ obliquarũ ytendum erit ad ascensiones sphere oblique cognoscendas: et idcirco illius tabule usus in sequentibus haud ampliori labore perquiretur resumeturque.

23 ¶ Et si ascensiones tam in sphera recta quam declini repertas per quindecim diducis: surgent hore quas signũ in suo ortu conficit. si tamen gradus pauciores quindecim existant: auge numerum per sexaginta et diduc per quindecim et venient minuta hore. Et hoc pacto deinceps ut subiecta de horaria signorum ascensione in sphera recta monstrat formula.

o	o	Ho	M	S		Ho	M	S		Ho	M	S
Aries		1	51	36	Gemini	2	8	48	Leo	1	59	36
Taurus		1	59	36	Cancer	2	8	48	Virgo	1	51	36

¶ Est enim regula. [Hec regularum quarta in ordine haud iniuria poni potest.

24 ¶ In sphera recta singuli quique duo arcus equales et punctis equinoctialibus aut eorum alteri equidistantes equas habẽt ascẽsiones. Itidem singuli quique duo arcus equales: et punctis solstitialibus aut eorum alteri equidistantes: equas habẽt ascẽsiones: secunda pars ad primam sequitur: dico ergo Pisces et Virginẽ quod equidistẽt a pũctis equinoctialibus (hoc est initiis Arietis et Chelarum) iuxta datam regulã equas in sphera recta seruare ascẽsiones: ita quod et partes partibus: ut primus gradus Piscium primo Virginis: et secundus secundo: et hunc in modũ deinceps adinuicẽ equantur: et eodẽ iure Aquarii et Leonis suarumque adinuicẽ partium eque habent ascẽsiões: similiter quoque de Capricorno et Cãcro: de Sagittario et Geminis: Scorpione et Tauro: Libra et Ariete dicendũ esset. Verũ et ex eadẽ regula Pisces et Aries equas habẽt ascensiones quod alteri punctorum equinoctiorum equidistant (equali enim intervallo ab initio equinoctii verni seiuncta sunt) et partes partibus: sed initiales quidem unius finalibus alterius: et eodẽ iure Aquarius Tauro. Capricornus Geminis: Sagittarius Cancro. Scorpius Leoni: et Libra Virgini ascendendo coequantur: equidistant enim ab altero punctorum equinoctialium.

25 ¶ Et signa que in sphera recta equaliter ascendant hac subiecta formula deprehenduntur.

Aries	Taurus	Gemini
Libra	Scorpius	Sagittarius
Pisces	Aquarius	Capricornus
Virgo	Leo	Cancer

¶ Sed et adiectũ est sin regule particulam ex prima perdere: si enim assumas Geminos et Sagittariũ que a solstitialibus punctis equidistant: hic a brumali: ille ab estivo: plane intuebere eadem a punctis equinoctialibus equidistantia: itidem si sumas Geminos et Cancrum que solstitio estivo equidistant: eadem ab Arietis et Chelarum initialibus pũctis (que pũcta dicuntur equinoctialia) equidistabũt: et hec ex tabula ascensionũ rectarũ facile deprehendas: et formule principiũ quo pacto id perquiras hic subter formatũ est: ut si libet et arcus magni et parui equalitatem videas: aut absoluas.

Ar.Li.	Ascensiones		Pi.Vir.	Tau.Sc	Ascensiones		Le.Aq.	Ge.Sa.	Ascensiones		Can.Capri.
G	G	M	G	G	G	M	G	G	G	M	G
1	0	55	30	1	0	57	30	1	1	16	30
2	1	50	29	2	1	55	29	2	2	12	29
3	2	45	28	3	2	52	28	3	3	17	28
4	3	40	27	4	3	50	27	4	4	22	27
5	4	35	26	5	4	48	26	5	5	27	26
6	5	30	25	6	5	46	25	6	6	33	25
7	6	25	24	7	6	45	24	7	7	39	24
8	7	20	23	8	7	43	23	8	8	43	23

26 ¶ Auctor etiam ex regulis meruit signorum oppositorum in sphera recta equas esse ascensiones: et optimo quidem iure: nam hec quecũque accipientur: a punctis equinoctialibus equidistare reperientur et signa opposita semper sex signorum intervallis hemicicloque distantia cernuntur: que subiecta formula declarat.

Aries	Taurus	Gemini	Cancer	Leo	Virgo
Libra	Scorpius	Sagittarius	Capricornus	Aquarius	Pisces

27 ¶ Instantia quã Auctor diluit non est cognitu difficilis: nec ex tabula et superioribus diffinitionibus veritatem elicere difficile: modo intellexeris ubi in littera vocabula hec oritur: oriebatur: oriuntur: perorĩuntur habentur: horũ loco aptissime esse intelligendo orta est: orta erant orta sunt: perorte sunt alioquin falsa pleraque sumerentur: nisi semper ascensionũ ratione ex quarte principio habita: et hec facilia sunt: et in quibus potius cõis logicaque phantasia est quam

est q̃ astronomica contemplatione: ambigua intelligentia: difficultasq; ingruat.

℄ Arcus autem qui succedunt Arieti &c.] Hec quinta regula assignari potest.

28 ℄ Arcus succedẽtes Arieti ad finẽ vsq; Uirginis in sphera obliqua minuunt ascensiones suas: supra ascensiones eorundem arcuũ in sphera recta: & arcus libre succedentes in eadẽ sphera obliq̃ ad finẽ vsq; Pisciũ augẽt ascensiones suas: supra ascensiones eorũdẽ in sphera recta: adiectũ est ad finẽ vsq; virginis vt finem vel quantulũcunq; exclusum intelligamus: nã si totũ: absolutũq; arcũ ab Arietis initio ad calcẽ & in calce Uirginis repertum ceperis: ipsum in vtraq; sphera equum esse comperies: cõsimiliter & totũ: absolutũq; arcũ ab initio chelarũ ad finem Pisciũ repertum. est eni vterq; & vtrunq; .180. gradus: vt numeri ratio in vtraq; sphera demonstrat: & hoc pacto de arculis Arieti & Libre succedẽtibus: vt totus Aries oblique sphere minoratur ascendens ab Ariete recte: & Chele sphere oblique ascẽdendo superãt Chelas recte: & hoc pacto de Tauro & Scorpio: de Geminis & Sagittario: Cancro Capricorno: Uirgine & Piscibus in vtraq; sphera adinuicẽ sumpta: comparataq; dicatur.

℄ Quod aũt subdit Auctor. quãtũ minuant arcus Arietis oblique sphere supra ascensiones Arietis recte: tãtũ addat libra eiusdẽ sphere supra ascẽsiones Libre recte: & correlarium q̃d inde intulit: ascensiones scilꝫ Arietis & Libre oblique sphere simul iunctas ascensionibus Arietis & Libre sphere recte simul: paritersq; sumptis equari. & summatim singulos quosq; duos arcus eq̃les et oppositos sphere declinis. simul iunctos: cõsimilibus correspondẽtibusq; arcubus sphere recte simul iunctis: ascẽdendo equari: tabularũ ascensionũ numeri declarant.

29 ℄ In sphera enim recta ascensio Arietis: est gradus .27. & minuta .54. & eiusdẽ Arietis in sphera obliq̃ ascẽsio est gradus .14. & minuta .50. & ascensio Libre in sphera recta ex quarta precedenti & eius correlario equatur Arieti ascensionis recte: erit ergo gradus .27. et minuta .54. At vero ascensio Libre ex tabula ascensionũ obliquarũ reperta: est gradus .40. et minuta .48. minor est ergo ascẽsio Arietis sphere oblique: ascẽsione eiusdẽ in sphera recta gradibus .31. & minutis .4. & ascẽsio obliqua Libre maior est eiusdẽ ascensione recta iisdẽ gradibus .31. & minuta .4. voco enim ascensionẽ rectã: ascẽsionẽ sphere recte. ergo quãtũ minuit ascensio obliq̃ totius arcus Arietis sup ascensionẽ eiusdẽ arcus rectã: tãtũ addit totius libre ascẽsio obliq̃: sup eiusdẽ libre ascẽsionẽ rectã.

30 ℄ Et cum Arietis & libre Ascẽsiones recte simul iuncte sint gradus .55. & minuta .48. Arietis autem & Libre sphere oblique cõsimiliter ascensiones simul iuncte iidem sint gradus .55. minuta .48. perspicuũ ergo est oppositorũ arcuũ ascẽsiones obliquas simul iunctas eorũdẽ arcuũ ascensionib⁹ rectis simul iunctis equari: nec discrimen vllũ erit si precisa numeri ratio desideret: vt adiecta formula declarat.

Ascensio	recta		obliqua	
Aries	27	54	14	50
Libra	27	54	40	58
Coniuncte	55	48	55	48

℄ Et hec eq̃litatis ratio in oĩbus arcubus se demonstrat: & in quolibet climate. At tamẽ solũ hic vnã tabulã septimi climatis posuimus: & ad latitudinẽ regionis nostre: & qua omnibus que Auctor adducit satisfacere possim⁹: est enim in aliis consimile.

31 ℄ Caveant tñ abaciste adducta in hoc vltimo cõmentario per ascensiones tabulis Alphonsinis adiectas numerando perquirere: nam precise no sunt: sed potius per tabulas ascensionum Joannis Nuremberge vbiiubet: & in omni altitudine poli que sexagesimũ gradũ non transcendit si placitum fuerit computent.

℄ Regula quidem.] Que subiungitur sexta regularum suo ordine venit.

32 ℄ In sphera obliqua quilibet duo arc⁹ ꝫodiaci equales & a puncto equinoctii verni equidistãtes: equales habent ascensiones: ita quoq; & arcus equales a puncto equinoctii autumnalis equidistantes: vt ex ascensionib⁹ ex tabula quidem ascensionum obliquarum cognitis: subiecta formula demonstrat.

G	M		G	M	
14	50	Aries	36	58	Cancer
14	50	Pisces	36	58	Sagittarius
18	51	Taurus	40	57	Leo
18	51	Aquarius	40	57	Scorpius
27	26	Gemini	40	58	Uirgo
27	26	Capricornus	40	58	Libra

33 ℄ Ex predictis patet.] ℄ Dies naturalis est reuersio solis a contactu finitoris ad cõtactum eiusdem hoc est: est reuolutio equinoctialis semel circa terrã cu tanta ꝫodiaci particula. quantã sol interim motu proprio contra primũ motũ incedens pertransiit: & hoc pacto vt de orizonte dictum est: de meridiano censendum esset.

34 ℄ Quo fit vt dies naturales adinuicem mora: durationeq; euadant inequales. tum in eodem tum in diuersis finitorum sitibus: & hoc quidem facit ascensionũ equinoctialium. cũ huiꝰ particulis a sole diurne: sed motu quidem proprio peractis: inequalitas: vt verbi causa sit in sphera recta sol in finitoris cõtactu primã notam: primumq; Arietis punctũ subiret: & in tẽpore diurne reuolutionis motu ꝓprio primũ Arietis gradũ conficeret: facta vna equinoctialis reuolutione cum pmo Arietis pũcto: manifestũ est solem nondum contactum horizontis contingere: vno gradu longius elapsum: progressumq;: sed vltra illam equatoris reuolutionẽ prius q̃ sol cõtingat horizonta vnus Arietis gradus Arietis gradus ascẽdet: quo cum coascendunt equatoris .55. minuta: q̃re dies illa naturalis contineret horarũ equinoctialiũ .24. minuta .3. & secũda .40. Uoco eni equinoctialẽ horã spatiũ in quo cõtinue & regulariter .15. gradus equatoris ascendunt: & si in hora quindecim gradus equatoris ascendãt in minutis tribus & secũdis hore .40. minuta equatoris .55. ascendere necessium est. Sed esto vt die tricesima ab hac sol (dum diurne circũfertur) motu suo ꝓprio tricesimũ Arietis gradum interim describat: priusq̃ ergo sol horizontẽ rursus assequi valeat vna iam equatoris reuolutione peracta: supererit adhuc tricesimi gradus Arietis ascensio: quo cũ (vt ex tabula ascensionũ rectarũ cognoscitur) coascẽdũt minuta equatoris .57. q̃re diei illi⁹ equinoctialis ascensio cõtinet gradus .360. & minuta .57. hoc est cõpletã reuolutionẽ & minuta .57. quibus quidẽ equatoris ascensionibus respondent equales equinoctialesq; hore .24. minuta tres & scda .48. erit itaq; hec nãlis dies: nunc in sphera recta reperta: altera prius in eadem sphera inuenta .9. secundis prolixior.

35 ℄ Sed in septio climate vbi latitudo est gradus .48. dies naturalis precedentium priori respondens equinoctiales horas continet .4.z. minutum vnũ & secũda .52. Proinde septimi climatis nãlis dies arctior⁹: breuiorq; est q̃ sub equatore: nã ea in latitudine septimi climatis solum continet moram reuolutionis equatoris semel et

minuta viginti: sub equatore autē dies eadem morā cō/plete reuolutionis equatoris semel et minuta.55.cōplectitur: & precedentium posteriori dieī: dies nālis septimi climatis respondēs equinoctiales horas cōtinet.24.minuta duo & scda.8.quapropter iterū dies nālis eiusdem gradus in septimo climate q̄ sub equatore cōtractior reperta est: sunt ergo hi nāles dies: tum in eodē horizontis situ: tū in diuersis: varij atq̧ inequales: et ita quasilibet dierū nāliū inequalitates & diuersitas vbicūq̧ libitū fuerit: ex tabulis peruestigare liceret: & huius dierū inequalitatis imo verius ascēsionū: zodiaci obliquitas (quēadmodū vult Auctor) in sphera recta in causa est: in sphera autē declinit & zodiaci & horizontis obliquitas. quibus addit circuli solem deferentis eccentricitas. sed de his hactenus.

36 ¶ Notandū etiā q̄ sol.] Circuli naturalium dierū: sūt 180. circuli qui a sole ab Eglocerote ad Cancrū nitente: & qui idem sole rursum a Cancro ad Capricornū remeā/te. ad motum primi mobilis describuntur.

37 ¶ Arcus dierum artificialium. sunt illorū circulorū partes supra horizontem relicte.

38 ¶ Arcus noctium artificialium: sunt eorundem circulorum partes sub horizonte destitute.

39 ¶ Dies artificialis est mora q̄ sol ab ortu ad occasum tendens nostrum occupat hemisphęrium.

40 ¶ Nox vero artificialis mora est a solis occasu ad ortū vsq̧ perdurans.

41 ¶ Unde manifestū est: cū horizon rect⁹ oēs circulos nāliū dierū in duo equa secet spatia (vt accepta materiali sphera & eius aptato horizonte intueri facile est) vt habitantibus sub equinoctiali circulo: dies artificialis sue artificiali nocti semper equetur: sitq̧ illis iuge perenneq̧ equinoctium.

42 ¶ At vero quibus obliquus horizon habetur: cū idē nullos dierū nāliū circulos preter equatorē in duo equa partiatur (vt accepta materiali sphera & sito vt decet finitore intuebitur quisq̧ vel q̄ facillime) illis solū bis in anno contingit equinoctiū hoc est dierū: noctiūq̧ equalitas: sole scilicet initia Arietis & Chelarum occupante: quapropter sol illa puncta occupans vbicūq̧ locorum vbi oritur occiditq̧: facit equinoctium.

43 ¶ Et ab ariete ad finem vsq̧ Uirginis diurni arcus ad cynosurā habitantibus arcubus nocturnis maiores habentur: quapropter dierū artificialiū q̄ noctiū illis diuturnior mora est: dum sol illā zodiaci partē perlabitur: et cōtra fit sole ab initio Chelarū ad finē vsq̧ Pisciū procedente: sed hec in sphera cōspiciuntur facillime.

44 ¶ In eadē sphera sumptis vtrinq̧ duobus circulis equatori equidistātibus: quāta est dies artificialis vni⁹ tanta tantuleq̧ more nox alterius esse videtur: vt quanta est artificialis dies quā sol perficit in primo gradu Uirginis. tantula nox erit sole vltimā Chelarū partē tenēte q̄ si ascensionū inequalitas differentiā facit adeo modicula est vt nullū sensui discrimen pariat: itellectus tamē cognito diei illius & noctis solari motu ꝓprio: an quicq̄ intersit: ex ascensionibus vere diiudicat.

45 ¶ Ad arcū artificialis diei per tabulas cognoscendū hoc est ad cognoscendū ascensiones arcus diurni accipe gradū solis per gnomicū instrumētū: tabulas aut supputan ōes factas: & post sex signa gradus gradui solis reperto oppositi: ascensiones considera: a quibus tolle gradus solis ascensiones: & supetabunt relinquenturq̧ ascensiones arcus diurni.

46 ¶ Ad arcum noctis habendū: ascensiones arcus diurni tolle a.360. que cōpleta equatoris reuolutio est & que superant ascensiones sunt arcus nocturni.

47 ¶ Ad horas arcus diurni cognoscendas: ipsiū hoc est eius ascensiones per quindecim partire & venient hore: & si quid residui fuerit auge per sexaginta et partire per quindecim et venient minuta et hoc pacto secunda extrahe si oportet.

48 ¶ Ad horas noctis habendas: subtrahe horas arcus diurni iam repertas a vigintiquatuor: & qd reliquū fuerit: erunt ad id temporis hore nocturne: vt verbi causa volo cognoscere sole Geminorum finem tenente. sub tropicū Cancrum quantus sit arcus diurnus habitantibus septimum clima ad latitudinem.48.gradum capio in tabula ascensionum obliquarum ascensiones finis Sagittarij que sūt gradus.298.& minuta.53.a quibus tollo gradus.61.& minuta septem ascēsiones. scilicet repertas in fine Geminorū: superantq̧ gradus.237.& minuta.46. arcus scilicet diurnus quem si diuidis per quindecim computabis horas quindecim minuta quindecim et secunda quatuor. Attamē qd hic dictū est de arcu diei equinoctialis horarūq̧ equalium intellige. qui dies ab artificiali morula pene isensibili dissidet & que vulgi fugiat apprehensionem: pro die autem artificiali porriuncula ascensionis partis gradus interim a sole motu proprio peragrati: addi deunda esset.

49 ¶ Ad horam ortus solis habendā: moram arcus noctis partire per medium & habes quod petis.

50 ¶ Ad horam occasus habendam: moram arcus diurni partire p medium & hora occasus nota erit. Ut si dies equinoctialis horas quindecim minuta quindecim & secunda quatuor continet: arcus noctis erit hore octo minuta octo. & secunda.56. cuius medietas est hore quatuor minuta quatuor: & secūda.28. ortus ergo solis erit hora quarta minuto quarto & secundo.28. supra mediam noctem. si precisionem tamē quereres adijcienda esset proprij motus solis portio diurni & medietas arcus diurni est hore septem minuta.55.& secūda.32. erit ergo solis occasus hora septia minuto.55.& scdo.32. supra meridiem. Diem eni nālē a meridie incipiunt astronomi: sed diei precedentis: vt verbi causa dies decima septēbris in meridie none diei incipit & oino in meridie diei decime finit: in quo ortum vndecima sibi vendicat & initium.

51 ¶ Si tamē horas a meridie ceptas cōtinue ad vigintiquatuor numeras: ad ortum solis habendum adijce semiarcum noctis ad duodecim: habesq̧ petitū. At si ad duodecim vsq̧ computas: & hore per continuum numerum assignantur. vt si ita dicatur hora decimanona est futurum solis deliquium subduc.12.a.19. supereruntq̧ hore septem: dic ergo fm tuę computationis modum hora septima ante meridiem esse futurū solis deliquium. Et qui diez vt mos est Insubribus italisq̧: ex occasu iudicant nostre computationis semidiurnus arcus sue diei initium monstrat: quapropter subtracto a nostris horis semiarcu diurno semper sue hore relinquuntur: habēt tū hi & Astronomi cōtinuum ad vigintiquatuor calculum: & habent hec ad astronomicam institutionē pondus et hac quoq̧ de causa longiusculam inorationē protraximus. ¶ Notandū etiam q̄ sex signa.] Quod sequitur pro sexta regula non iniuria poni posse videtur. sit ergo hec sexta regula.

52 ¶ In sphera obliqua sex signa a Cācro ad finem Sagittarij computata: habent ascensiones suas iunctas maiores ascensionibus signorū a Capricorno ad finem Geminorum succedentium. Nam in tabula sphere obliquę vt verbi causa septimi climatis horū ascensiones iunctę sunt gradus.122.& minuta.15. illorū vero ascensiones iunctę sunt gradus.237.& minuta.46.

53 ¶ Quo

Ad habendum verum motum precise cuiuslibet planete habẽtis epici. ꝑ tabulas Alphõsij: op3 quatuor inuenire minuta ꝓportionalia scil3 solis per equationem cẽtri. sed in cẽtro medio sint minuta vltra gradus in luna si in centro vero sint ipsa minuta vltra gradus: quia nõ habent centrũ medium ⁊ semel per equationẽ argumẽti veri si argumẽto vero sint minuta vltra g̃dus ⁊ semel pro diuersitate diametri: si in argumẽto vero sũt minuta vltra gradus cum hoc si in linea sequẽti fuerit diuersitas diametri non equalis diuersitati diametri accepte p̃mo ⁊ etia3 semel pro additione partis diuersitatis diametri ad equationẽ argumẽti vel pro subtractione ptis diuersitatis diametri habeã cũ hoc si minuta ꝓportionalia inuenta in tabulis sint pauciora .60. ꝓbatur ista p̃ma pars verus motus planetarũ dictoꝝ nõ potest haberi sine equatione centri ⁊ equatio centri nõ habetur nisi ex tabulis ⁊ ita non sunt scripte equationes centri nisi que correspõdent gradibus vt patet inspicienti illas. ergo si sunt minuta vltra gradus in cẽtro medio siue in centro lune non possunt haberi equationes correspõdentes illis minutis nisi intretur bis primo gradibus centri secũdo cum vno gradu addito illi centro et subtrahatur minor a maiori ⁊ remanet tunc equatio correspõdens vni gradui que equatio nõ põt tota addi equationi prius inuente si scđa eq̃tio fuerit maior: q2 resultaret maior eq̃tio q̃3 deberet. nũc debet tota subtrahi ab equatione p̃us inuẽta si scđa fuerit minor. q2 subtraheret̃ plus q̃3 debet. Sed op3 addere talẽ parte3 equationi prius inuente de equatiõe corr̃ndente vni gradui. si scđa eq̃tio fuerit maior qualis pars fuerit minor minutorum vltra gradus ad .60. in cẽtro medio vel in centro lune si fuerit in luna vel op3 subtrahi talis pars ab eq̃tione p̃us inuenta de eq̃tione correspõdente vni gradui si 2ª eq̃tio fuerit minor qualis pars fuerit minuta vltra gradus ad .60. in centro medio vel in centro lune ⁊ inuenire talẽ partẽ de eq̃tione correspondẽte vni qualis pars sunt minuta vltra gradus ad .60. vocat̃ inuenire minuta ꝓportionalia seu ptẽ ꝓportionalẽ: ergo sequit̃ p̃ma pars scil3 ꝙ in omni planeta habenti epiciclũ pro equatione centri: op3 inuenire minuta proportionalia si in centro medio vel in centro lune fuerint minuta vltra gradus. 2ª pars que est ꝙ op3 inuenire minuta proportionalia pro equatione argumẽti si argumẽto vero sunt minuta vltra gradus. ꝓbat̃. verus motus dictoꝝ planetarũ nõ põt hr̃i nisi ex tabulis ⁊ in tabulis nõ sunt scripte equationes argumẽti nisi correspõdẽtes gradibus: vt p3 intuẽti. igitur si sunt minuta vltra gradus in argumẽto vero nõ p̃nt equationes argumenti correspõdentes illis minutis nisi bis intret̃ scil3 p̃mo cũ gradibus argumẽti ⁊ accipere equationẽ ibi inuentã: ⁊ postea cũ vno gradu addito argumẽto ⁊ accipere equationẽ inuentã ⁊ subtrahere minorẽ de maiori et qđ remanet est equatio argumẽti corr̃ndẽs vni gradui de qua op3 accipere partẽ talẽ qualis pars fuerint minuta vltra gradus in argumẽto vero ad .60. et addere p̃me equatiõi si scđa fuerit maior ⁊ tũc resultabit precise eq̃tio argumẽto tali corr̃ndẽs: vel subtrahet̃ a p̃ma si scđa fuerit minor. igit̃ sequit̃ scđa pars. tertia pars que est ꝙ pro diuersitate diametri si in argumẽto vero fuerint minuta vltra gradus ⁊ cum hoc si in linea sequẽti fuerit diuersitas diametri nõ equalis diuersitati diametri p̃mo accepte debeant inueniri minuta ꝓportionalia. ꝓbatur. verus motus planetaꝝ dictoꝝ nõ põt hr̃i sine diuersitate diametri ⁊ ipe nõ põt nisi ꝑ tabulas ⁊ in tabulis oino nisi que correspõdẽt gradib⁹ sũt scripte. igit̃ si fuerit minuta vltra gradus in argumento vero ⁊ in linea sequenti sit diuersitas diametri nõ equalis p̃me nõ põt hr̃i diuersitas diametri illis minutis corr̃ndẽs nisi bis intret̃ p̃ma cũ gradibus argumẽti ⁊ accidere diuersitatẽ inuẽtã ibi: ⁊ scđo cũ vno gradu addito argumẽto vero ⁊ accidere diuersitatẽ diametri ibi inuẽtã ⁊ subtrahere minorem a maiori ⁊ remanet diuersitas corr̃ndẽs vni gradui de qua op3 accipere talẽ partẽ qualis pars fuerit minuta que fuerint vltra gradus ad .60. ⁊ addere p̃me diuersitati si scđa fuerit maior: vl' subtrahere si scđa fuerit minor: ⁊ sic resultabit diuersitas corr̃ndẽs tali argumento ita p̃cise sicut impoĩe inuenire per tabulas. sequit̃ ergo 3ª pars 4ª pars que est ꝙ op3 inuenire minuta ꝓportionalia vel per additionẽ vel subtractionẽ ptis diuersitatis diametri ad eq̃tionẽ argumẽti cũ h̃ ꝙ minuta ꝓportionalia inuẽta in tabulis sint pauciora .60. ꝓbat̃ vide bñ i 2ª ꝯne de Mercurio: ideo hic nõ repeto. seq̃t̃ g̃ ꝯ que est vt supra. nota ꝙ dĩ in prima ⁊ scđa parte si fuerint minuta vltra gradus in centro medio vel in argumẽto vero: q2 si non essent minuta vel esset solũ vnũ minutũ. tunc non eẽt curãdũ. Ulterius nota ꝙ dicit̃ in 3ª parte si in linea sequẽti fuerit diuersitas diametri nõ equalis p̃me. q2 si ibi esset diuersitas equalis p̃me: tũc nõ indigeremus pte ꝓportionali sicut multotiẽs est ꝙ due linee sũt equales in gradibus ⁊ minutis: vel .3. in diuersib⁹ lõgitudinibus vel in diuersitatibus ꝓportionalibus q̃uis nuq̃3 aut raro accidit in diuersitatibus diametri in luna sicut patet intuẽti tabulas Alphonsij. Et nota etiã vbicũq3 linea sequens fuerit equalis p̃cedẽtibus in gradibus ⁊ minutis siue in equatione centri siue in equatione argumẽti siue in diuersitate diametri nõ indigeremus bis intrare: q2 ibi nulla est diã: ⁊ per ꝯñs nõ op3 inuenire minuta proportionalia. Nota etiã q2 dicit̃ in vltima pte si minuta in tabulis inuenta fuerit pauciora .60. q2 si forent .60. tũc nõ op3 parte3 accipere de diuersitate diametri: sed tota debet addi vl' subtrahi f̃m ꝙ op3. Nõ ꝙ in omni planeta habẽte epiciclũ pro equatione centri intercipit̃ cu3 cẽtro medio: nisi in luna que non hẽt centrũ mediũ. sed in luna pro equatione centri intercipit̃ cũ centro lune. Nota ꝙ in omni planeta habenti epiciclũ pro minutis proportionalibus intercipit̃ cũ cẽtro vero. Nota ꝙ in omni planeta habẽte epiciclo pro equatiõe argumẽti ⁊ pro diuersitate diametri intercipit̃ cu3 argumẽto vero. Nota hic q̃ñ inueniunt̃ minuta ꝓportionalia. q2 sepe occurrunt in opere: ideo op3 ipsum bene et punctualiter scire qui vult operari in tabulis minuta ꝓportionalia oĩa inueniunt̃. vno mõ ⁊ per vnam rationem que nota est ⁊ tenet in omnibus numeris: q̃uis appareat obscura que est

ista ꝙ debemus multiplicare equationẽ correspõdentẽ vni gradui per minuta que fuerint vltra gradus: et postea productũ diuidere per.60.et tunc in nũero denotãte quoties est talis nũerꝰ q sic se hẽt ad eq̃tionẽ corñdẽtẽ vni gradui sicut se hñt minuta vltra gradus ad.60.⁊ eodem modo est de diuersitate diametri.s.ipsam multiplicare per minuta ꝓportionalia ⁊ productũ postea diuidere per.60.⁊ in numero denotãte quotiens est pars sic se hñs oino ad diuersitatez diametri sicut minuta ꝓportionalia ad 60.⁊ debemus numeꝝ graduũ ⁊ minuta si sunt in diuersitate diametri vel reducere ad eandẽ denoiationẽ in d'ria scdaꝝ equationũ.s.sicut in multiplicare minuta per.60.si vis et proueniunt.z.et sic est minuta: et zª que vltra gradus debemus reducere ad eandẽ denoiationẽ ⁊ sic ambas reducere ad zª tam minuta vltra gradus q̃z differentiã duaꝝ equationũ: ⁊ etiã gradus si fuerint ad zª q̃z zª minuta que fuerit vltra gradus ad zª:⁊ sic nõ est error. Et melius vt mihi videt̃ est m'tiplicate vnũ p reliquum q̃z multiplicare minuta per zª:q ibi vt mihi videt̃ põt cadere error:go oino est semp verisile qñ minuta per zª multiplicant̃ ꝙ proueniant 3ª vt dicunt canones:⁊ qñ zª multiplicant̃ per zªᵐ proueniũt 4ª. Sz mihi videt̃:melius est zª per zª multiplicare et ꝓductum diuidere per.60.⁊ quod est in numero denoiate quotiẽs accepero pro 3ᵗⁱˢ:⁊ si illa 3ª sint plura q̃z.60.diuidere per 60.⁊ in numero denotãte quotiẽs erunt zª:⁊ si illa fuerit plura q̃z.60.diuidere per.60.⁊ in numero denotãte quotiens erunt minuta:⁊ si addit plura sint q̃z.60.diuidere per.60.⁊ tunc in numero denotãte quotiẽs erũt gradus et que remanebunt indiuisa de minutis sunt minuta: et tunc gradus qui resultabãt indiuisa est pars ꝓportionalis de tali differentia duarũ equationũ vl' de tali diametri diuersitate quã debet tunc addere vel s̃m ꝙ opz subtrahere. Sz vt magis appareat regula per quã inueniunt̃ minuta ꝓportionalia volo ponere exemplũ in numeris cõsimili modo sicut inuestigat̃ pars ꝓportionalis in minutis vel in zⁱˢ sit aliquis numerus minor.60.puta 3ª et scd's numerus.60.⁊ 3ᵘˢ numerus.puta sex:tunc volo inuenire talez partẽ de sex sicut.30.de.60.multiplico.30.per sex ⁊ proueniunt.180.tunc diuido istuz numerũ resultantem per.60.⁊ in numero cõtinẽte ꝓueniunt 3ª ⁊ istud sic se hẽt ad sex sicut.30.ad.60.⁊ eadẽ est ratio qualiscunq3 fuerit p̃mus numerus ⁊ tertius:dũmodo prius esset minor q̃z.60.sicut qlibet põt per se experiri:⁊ non solũ ista regula.i.vbi zᵘˢ numerus est.60.que in oibus.vbi gra. sicut duo numeri:quoꝝ vnꝰ est maior alio:vt.8.⁊.12.capio aliũ 3ᵐ numerũ quicũq3 sit non curo sit gra illiꝰ volo tunc habere 4ᵐ numerũ qui sic se hẽt ad nouẽ: sic.8. ad duodecim.ego multiplico octo per nouẽ ⁊ ꝓueniunt 72.que diuidaz per duodecim ⁊ proueniunt sex:que sic se habẽt ad nouẽ sicut octo ad duodeciz:⁊ eadẽ est ratio in quibuscũq3 alijs numeris vt quilibet põt per se experiri. Relinquitur ergo ꝙ regula est nota per quaz inueniunt̃ minuta ꝓportionalia.

Ad habendũ verũ motũ solis si in argumẽto ipsius vltra gradus sint minuta ad habẽdũz verũ motũ octaue sphere si i motu accessus ⁊ recessus octaue sphere sint minuta vltra gradus opz in vtroq3 semel inuenire minuta ꝓportionalia ꝓpria:sic ad habendũ verũ motum vtriusq3 opz habere equationẽ ipsoꝝ:sed equatio ipsorũ non potest haberi nisi ex regulis:⁊ in tabulis nõ sunt scripte eq̃tiones nisi que correspondent gradibus:si ergo sunt minuta vltra gradus in argumẽto solis ⁊ in motu accessus ⁊ recessus octaue sphere:opz primo intrare cũ gradibus qui sunt in argumẽto solis ⁊ in motu accessus ⁊ recessus ⁊ accipere equationez inuentam:⁊ tunc oportet scdo intrare vno gradu addito motu argumento solis ⁊ in vno gradu addito motu accessus ⁊ recessus:⁊ tunc accipere equationem inuentam:⁊ tunc oportet subtrahere minorem a maiori ⁊ remanebit equatio correspõdẽs vni gradui de qua equatione oportet accipere talem partẽ qualis pars fuerint minuta vltra gradus in argumẽto solis aut in motu accessus ⁊ recessus ad.60.⁊ tunc istaz partẽ proportionalẽ addere p̃me equationi si zª fuerit maior vel subtrahere a p̃ma eq̃tione si scda fuerit minor:⁊ tũc equationem totam addere medio motui ipsorũ aut subtrahere s̃m ꝙ oportet ⁊c̃.

In omnibus circulis eq̃les anguli supra centrum capiunt equales arcus.i.eque proportionales suis circulis:⁊ maiores anguli eque proportionaľ maiores ⁊ minores eque ꝓportionaľ minores. ꝓbat̃ sic. Sit a centrũ terre super qd' describant̃ tres circuli scilz.b c d.quoꝝ.b.est minimus:⁊.d.est maximus.tunc protrahat̃.a d.puncto linea recta per.a.centruz vsq3 veniat ad circũferentiã.d. circuli ab opposita parte scilicet in puncto.e.tunc.d.eni diametraliter diuidat illos tres circulos quẽlibet in duo equalia per diffinitionem diametri:deinde protrahatur linea recta que secet diametrũ.d e.super centrũ.a.ad angulos rectos ⁊ vsq3 ad circũferentiã circuli.d.ab vtraq3 parte in.f.puncto ⁊ in puncto.g.tunc diameter.f g.diuidat omnes circulos tres in duo equalia per diuisionem diametri.igitur tũc quilibet circulus est diuisus in quatuor arcus equales ⁊ cuiuslibet arcus vel per se ad suuz circulũ est proportio sub 4ˡᵃ ⁊ omnes arcus illorũ circuloꝝ qui sunt quarte circunferentie cõtinentur ab angulo recto per oppositũ:⁊ per eam est ratio quotquot circuli essent:igit̃ sequit̃ p̃ma pars scilz ꝙ in omnibus circulis anguli equales supra centrũ capiunt eque ꝓportionales arcus de suis circulis. scda pars ꝓbat̃. diuidat̃ vnus quatuor angulorũ qui sunt super.a centrum ⁊ duo equalia per 11ᵃᵐ primi Euclidis.⁊ protrahat̃ linea ab.a.cẽtro vsq3 ad circũferentiam.d.circuli:tunc per vltimã sexti Euclidis.que est ꝙ in eodẽ circulo qualis est proportio anguli talis est arcus ad arcum illos angulos respicientis.sed angulus rectus super.a.centrum ad medietatem habet proportionẽ duplam.igitur arcus correspondens in.d circulo vni angulo recto est scdarius ad alterum in d.circulo correspondentẽ angulo semirecto:⁊ angulus semirectus super.a.centrum est subduplus ad angulum rectum:igitur arcus in.d.correspõdens angulo semirecto est subduplus ad arcũ in eodẽ circulo correspondentem angulo recto. Et eadez ratio est de alijs circulis:igitur sequitur scda pars scilz ꝙ maiores anguli capiũt ꝓportionaliter maiores arcus ⁊ minores anguli eque proportionaliter minores arcus capiunt de suis circulis:ergo sequitur ꝯclo. Ista ꝯclo primo nitebat̃ probari in prima de sole:ideo eadem hic posui in fine huius capli. Et sic sit finis theorice Ueneris ⁊ alioꝝ planetarũ Dei gr̃a amẽ.

¶ Complete sunt quedã demõstrationes super theorica planetarum que admodum vtiles sunt.

Incipit tractat⁹ de Sphera editus a magro Campano.

De origine dimensionum. Cap. I.

Punctus mot⁹ describit lineã. Cuz eni hẽt situm in magnitudine: ꝛ nullã hẽt partẽ: vestigiũ motus eius non põt aliud eẽ q̃ lõgitudo. Linea aũt mota describit supficiez. Cũ eni nihil hẽt de dimensione aliud nisi lõgitudinẽ: vestigiũ mot⁹ eius nõ põt eẽ nisi latitudo. Rursus supficies mota describit corpus: qm̃ cũ nihil hẽat de dimẽsione nisi longũ ꝛ latũ: vestigiũ motus eius nõ põt esse aliud q̃ solidũ. Corpus võ motũ aliõ describere nõ põt q̃ corpus: qm̃ cũ sup suã supficiẽ moueat. Uestigiũ motus eius nõ põt esse aliud q̃ vestigiũ mot⁹ ipsius supficiei. Hoc aũt (vt dictũ est) nõ põt eẽ aliõ q̃ corp⁹. Sũt igit tres dimensiones tñ: lõgitudo in linea: latitudo in supficie: pfunditas võ in solido ꝛ plures his reñ nã nõ recipit eo q̃ p motũ corpis. quarta dimẽsio nõ põt adiũgi. Et pũctus qdẽ si a situ in situ trãsiens minimã describit distantiã: tũc vestigiũ motus eius erit linea recta. De cuius pprietate est vt extremũ eius cooperiat omne mediũ. Si aũt pũctus a situ in situ trãsiens minimã distantiã non describat: moueat tñ regulariter vt eq̃distanter cuilibet vni pũcto fixo in seipz ꝯuertet motũ: dicetur q̃ vestigiũ motus eius circũferentia circuli: oĩsq̃ punctus in ea situs quẽlibet aliũ respicit. Supficies võ que a descripta linea ambitur dicit circulus. Pũctus aũt cui equidistanter factus est motus dicit centrũ circuli a quo oẽs linee ad circũferẽtiã recte ducte equales erunt. Et oĩs linea trãsiens per centruz et extremitates suas applicans circũferentie dicit diameter circuli diuidẽs simul circulũ in duas ptes eq̃les: ꝛ dicit vtraq̃ pors circuli semicirculus: qm̃ a diametra ꝛ medietate circũferẽtie ambitur. Querũq̃ võ alia linea recta per aliud q̃ per centrũ transiens circulum diuidit in duas partes inequales: quarũ vna maior ꝛ altera minor dicitur.

De diffinitione Sphere. Cap. II.

Si igit in quo vis semicirculo diametrũ fixã itelligam⁹ ꝛ a quo vis situ semicirculoꝝ illũ circũducamus quousq̃ in priorẽ ipsum sitũ reducamus. Corpus qõ scribit ab ipso semicirculo sphera appellat. Et supficies que describit a circũferẽtia ipsius semicirculi erit superficies ipsius sphere: ad quã oẽs linee recte a cẽtro pdicti semicirculi ducte erunt equales pp qõ illud cẽtrũ erit etiam centrũ illius siue huius sphere. Ducte võ linee recte trãseuntes per centrũ applicãtes extremitates ad circũferẽtiã sphere ex vtraq̃ pte dicunt diametri. Sola võ manẽs immobilis i motu sphere dicit axis sphere. Cuiusq̃ termini in supficie sphere dicunt poli. vñ axis addit fixionez in motu super rationem diametri.

De cõplexione quatuor elẽntoꝝ. Cap. III.

Dispositio aũt sphere mũdi ꝛ oĩum rerũ ꝯtentaꝝ: ꝛ situs ꝛ ordo earũdẽ est sm q̃ dicam. Res oĩũ corpaꝝ quedã sunt ingñabiles ꝛ icorruptibiles. Quedã võ gñabiles ꝛ cõruptibiles. Harũ võ quedã sunt simplices quedã mixte ꝛ simpliciũ: quedã sunt quatuor elẽta. Quoꝝ duo sunt grauia. terra absolute: aqua respectiue. ꝛ duo leuia aer respectiue ꝛ ignis absolute. Singula eoꝝ sunt informata binis qualitatibus: de gñe duaꝝ pmaꝝ ꝯrietatũ que sũt calidũ ꝛ frigidũ. humidũ ꝛ siccũ. Et est pma ꝯtrarietas actiua scõa passiua. Unde singula elẽta a predictis duabus varietatibus recipiũt singula extrema. Terra quidem ꝛ aqua recipiunt cõiter ab actiuis frigida: sed terra a passiuis siccũ. aqua võ humidũ. Itẽ aer ꝛ ignis recipiũt cõmuniter ab actiuis calidũ. A passiuis võ aer quidẽ humidũ. Ignis aũt siccũ. vnde fit vt terra sit frigida ꝛ sicca: et aqua frigida ꝛ humida. Aer võ calidus ꝛ humidus: ꝛ ignis calidus ꝛ siccus.

De nãli forma situ ꝛ ordine elẽtoꝝ. Cap. IIII.

Naturalis aũt situs istoꝝ elẽtoꝝ forma ipsoꝝ ꝛ ordo est sm q̃ dicã: finge tibi terrã esse verissime sphericã ꝛ totã massaz aque sphericẽ circa eã diffundi. Et totũ aerẽ sphericẽ similiter totã aque spherã inoluere: ignemq̃ totum tres predictas spheras sphericẽ continere. Eruntq̃ quatuor elẽta pdicta vere spherica vereq̃ concentrica: vnum cõmune centrũ: qõ est cẽtrũ terre simul habẽtia. Iste est situs ꝛ forma ꝛ ordo finalis elementoꝝ.

Quare sphera aqua non est integra. Cap. V.

Quod aũtẽ aqua nõ inoluit sphericẽ vndiq̃ terrã fuit ppter finẽ rerũ creataꝝ qui est hõ. Qui cũ multis sibi necessarijs nõ posset existere nisi in arida. Unde factor oĩum intuens nãlem sitũ predictũ ꝛ preordinans elẽta ad finẽ ppositũ. Inquit. Congregent aque que sub celo sũt in locũ vnũ ꝛ appareat arida: quod nõ est intelligendũ vt intumuerit a forma sphere in altũ eleuate. Sed q̃ terra in parte que apparet nunc arida exurrexerit quasi in modũ insule spherã aque intercipiẽs ꝛ suã verã sphericitatẽ derelinquẽs. Cũ eni ppter sui humiditatem nõ sit terminabilis nisi termino alieno. Terra võ ppter sui siccitatẽ ꝛ cõpactionẽ de se terminabilis. Inequalitas pdicta p recessum a figura sphere nõ fuit possibilis in aqua. In terra võ fuit. Nã cũ omne ponderosum qua parte vicinius põe ppperet ad centrũ suũ: morẽ predictũ itelligamus in aqua fore vltra ꝯuenientiã sue sphere: nihil eni erit qõ impediat aquas tumentes ad suã spherã descendere. Cuz in situ sue sphere sint cẽtro viciniores q̃ vltra suã spherã eleuate. Qõ ergo appet de terra factuz est resurgẽs in medio vniuersitatis aq̃rũ queadmodũ in pluribus locis exurgunt insule supra mare: ꝛ sicut quelibet insula vere loquẽdo in suis partibus plus distat a cẽtro q̃ partes superficiei maris: ita ꝛ partes aride distant ab codẽ centro plusq̃ partes supficiei aquaruz. Unde tota arida est sicut maxima isula eleuata in aere vltra supficiei aq̃. Ex pdictis colligit q̃ supficies vniuersitatis aquarũ est vere spherica: ꝛ q̃ centrũ eius est centrũ nãlis sphere terre: ꝛ centrũ reliquaꝝ duaꝝ spheraꝝ elẽtarũ. s. ignis ꝛ aeris. Quoꝝ etiã nã est vt ppter eaꝝ raritatẽ terminent termino alieno vt aeris iferius ad terram ꝛ aquã. Superius võ ad ignẽ ꝛ ignis iferius quidẽ ad aerez. Supius aũt ad ꝯcauũ lune ꝛ est etiã cẽtrũ vniuersi.

De generatione ꝛ corruptione elementoꝝ adinuicez ꝛ de corporibus mixtis. Cap. VI.

Hec aũt elemẽta q̃tuor ex se inuicẽ gñant ꝛ in se inuicẽ corrumpunt. Ex terra eni per rarefactionẽ generat aqua: ꝛ ex aqua per cõdensionẽ gñat terra. Itẽ ex aqua per rarefactionẽ gñat aer: ꝛ ex aere per cõdensationẽ gñat aqua. Similr quoq̃ ex aere per rarefactionẽ generatur

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

ignis: et ex igne per cōdensationē gñat aer. Ex istis etiā quatuor elmtis multa composita generant quēadmodū mineralia plante et aīalia: quorū locus sunt terra et aqua. Que rursus p corruptionē suā in eadē elmta resoluunt. Iste est situs forma natura et ordo omniū generabilium rerum et corruptibilium.

¶ De spheris et circlis et forma mot⁹ septē plāetarū. Cap. 7.

Nunc autem dōm est de situ: forma: natura et ordine corporū incorruptibiliū que sunt corpora celestia. Quarū vniuersitas dicit a phis eēntia 5ª. Quasi terra sit pma aqua scda. aer tertia. ignis q̄rta: et pdicta vniuersitas qnta. horū aūt corporū quedā sunt hñtia motū ppriū et singularē: et ista sunt septē. quorū primū ex parte centri est luna scdz Mercuri⁹: tertiū Venus: q̄rtū Sol: quintū Mars: sextū Juppiter. septimū Saturnus. Et ista septē corpora dicunt planete: et hēt quilibet horū spherā vnā eccentricam per quā in circulo sui eccentrici mouet. Ceteri vo sex preter solē mouent in circūferentijs orbiū paruorū et quorū centra mouent in circūferentijs suorū eccētricorū deferentiū et mouet centrū corporis solis in circūferentia sui eccentrici. In alijs vo centra predictorū circulorū paruorū in circūferentijs suorū deferētiū mouent ab occidente in orientē cōtra motū firmamēti: de quo post dicet. Centra vo corporū ipsarū mouent in circunferētijs suorū circulorū paruorū. In superiori quidē parte versus orientē. In inferiori aūt versus occidentē: excepta luna que in superiori parte circuli sui mouet versus occidentem. In iferiori aūt vsus orientē. Et isti parui circuli qui inueniunt in sex predictis corporibus vocant epicicli.

¶ De maxīa et mīma distātia plāetarū a tra. Cap. VIII.

Ex pdictis manifestū est q pdicti septē planete quidā plus distāt a terra et quidā minus. Cū enī deferentes sint oēs eccētrici: si pducat linea vna per centrū terre: et per centrū cuiuslibet illorū deferentiū et applicet extremitates eius ad circūferentiā ipsius circuli ostendet in suis extremitatibus maximā ppinquitatē eius ad terrā et maximā distantiā. Punctus autē maxime elōgatiōis a terra dicitur aux ipsius circuli et punctus ei oppositus dicit oppositio augis. Similr quoqz in habētibus epiciclū quocūqz situ eccētrici sit centrū epicicli si a cētro terre pertrahat linea intra per centrū epicicli vsqz ad circūferentiā eius punctus in epiciclo qui eā terminat: dicit aux epicicli. pūctus vo iferior in quo dicta linea secat epiciclū dicit augis oppositio. Cūz enī sol fuerit in auge sui deferētis: tūc maxie distabit a terra. Cū vo fuerit in opposito augis ipsius tūc maxima appropinquabit terre. In alijs vo planetis predictis cū centrū epicicli cuiuslibet eorū fuerit in auge deferētis et corpus ipsius in auge epicicli. tunc ille planeta maxime distabit a terra. Cū vo cētrū epicicli fuerit in opposito augis deferentis et corpus eius planete i opposito augis epicicli: tūc ille planeta erit maxime propinquus terre.

¶ Descriptio spherarū septē planetarū. Cap. IX.

Si igitur intelligamus lineā rectā ex vtraqz parte centri terre vsqz ad maximā altitudinem cuiuslibet illorū septē planetarū productam et ab vtraqz parte maximā distantiam ipsius signātem et sup eam rotā seu circulū designatū. Item super duo pūcta minimā distantie designātia aliū semicirculū similr designatū: et intelligam⁹ superficiē inter duas predictas semicircūferētias cōtentum linea predicta manēte fixa quousqz ad suū situ redeat circūduci corpus ab ipsa supficie descriptū sphera illius planete dicet cui⁹ distātie a terra fuerūt accepte. Si ergo septem planete predicti sunt illa septē corpa q inter corpa celestia hūt ppriū motū et singularem.

¶ De sphera octaua et motu eius diurno et tēpore motus planetarum. Cap. X.

Omnes autē alie stelle hūt vnū motū cōem et vlem seruantes semp in motu suo easdem figuras et distātias adinuicē. Unde cōcludit q ipse stelle sunt fixe in vna sphera ad cui⁹ motū vniformē ipse vniformiter mouētur. ppter qd et fixe dicunt. Et est motus iste ab oriēte ad occidentē perficiēs omni die reuolutionē vnā: ppter quod etiā diurn⁹ dicit. Et trahit secū septē planetas pdictos vel sus occidētē omni die q̄si reuolutione vna. Dico aūt quasi: qm sicut pdictū est quilibet corū mouet ppo motu in suo pprio circulo versus orientē perficiēs in certo tēpore reuolutionē vnā. Luna quidē in. 27. diebus et 8. horis. Mercurius vo Venus et Sol in. 365. diebus et sex horis. Mars autē in duobus annis. Juppiter in. 12. Saturnus autē in. 30. fere. Et qa ista septē corpa nō possunt moueri equaliter suo pprio motu: Sol qdē ppter eius eccētricitatē. Reliqua vo ppter eorū eccētricitatē et ppter epiciclū: et qa etiā nō hūt equales mot⁹ adinuicē: ideirco dicunt erratica siue planete. qm sunt dīa tā in motibus q̄ in figuris iter se et a ceteris stellis quas fixas nominauimus: q̄rū sphera dicit octaua: qm in ordine spherarū celestiū octauo loco inuenit. Et dicit firmamentū qm ipsius motus semp videt esse firmus et vniformis. et qa in eo stelle fixe vident firmari. Et Aristoteles qdē dixit hanc spherā esse pmū mobile: qm putauit eam moueri motu vnico et simplici nec poterat enī sensus aut aliqua ratio cogere ad altā spherā superiorē ponendā. Cūz istā spherā et septem predictas inferiores sensu manifestissimo iudicemus.

¶ De motu octaue sphere ad orientē. Cap. XI.

Ptolomeus aūt ex cōsiderationibus multorū predecessorū suorū et suis inuenit per stellas fixas relatas ad situm equatoris hāc spherā moueri vsus oriētē singulis cētū annis vt dixit vno gradu. Et qa totus circulus hēt. 360. gradus: sequit sm positionē Ptolomei q sphera predicta stellarū fixarū pficiat reuolutionē suā ab occidēte in 36. millibus annis. Posteriores aūt phi vt Arzachel et Thebith Benchorat nō inuenerūt motū stellarū fixarū procedere ad oriētē sicut posuerat Ptolomeus. Sed inuenerūt eas redire iterū ad occidentē. Et ideo motū ipsarū ppriū vocauerūt motū accessionis et recessionis. qr p quoddā spatiū inuenerūt eas moueri ad orientē nō procedere: sed redire vsus simile spatiū ad occidētē. Quia vo nā celestis nullū motū admittit nisi circularem: idcirco Thebith predictus studuit inuenire modū p quē accessionē et recessionē stellarū fixarū predictā faceret seqe ex aliquo motu circulari. Unde imaginatū est duos circulos describi sup caput arietis et libre quorū diametri respondeāt accessioni recessionī pdictis. Et sup centra eorū imaginat⁹ est moueri capita arietis et libre maximis declinationibus solis sup eiusdē quantitatis manētibus.

¶ Oz necesse est ponere nonā spherā ad minus: et de celo crystallino et empyreo. Cap. XII.

Hoc autē nō tangimus nunc hic: qa nolumus nūc de isto motu accessionis et recessiōis tractare. Qm de ipso plene tractauimus: in cōputo nostro maiori: in eo loco vbi verā quātitatē anni solis inuestigādā assumpsim⁹. Sed idcirco ista coacte sumus hic tāgere vt constet octauam

sphera non vno motu moueri: sed pluribus. Quare ex h sequit necio esse alia sphera supra ipsam que beat motum simplicé que sit pmu mobile. Sed verũ hoc sit immediate supra firmamẽtum an sint etiã alie aliqꝫ medie que etia pluribus motibus moueant non possumus hẽre certitudiné per demõstrationé. Qm sensus noster vlta firmamentũ nõ pertransit. Sed ex premissa rõne cõstat vobis ꝙ ad minus neĉe est ponere in corporibus celestib' nonã spherã: ⁊ forte ipsa est quã diuina scriptura vocat celũ crystallinũ: supra qd celũ eadẽ scriptura diuina dicit esse aliud qd vocat empyreũ. Unde docti rõnis necessitate ⁊ diuine scripture veritate cõpellimur dicere ad minus eẽ decẽ spheras celestes. s. celũ empyreũ. Crystallinũ firmamẽtũ ⁊ septẽ spheras septẽ planetaꝝ. Quibus additis quatuor elementis fiunt in vniuerso in tota mũdioli machina quatuordecim sphere. Eritqꝫ cõuexa superficies sũme oium locus vlis oiuz iferioꝝ et vlr oium rerũ: ⁊ extra ipsaz olno nõ est aliqd corpus nec aliquis locus. Cõcaua vo supficies eiusdẽ erit loc' pxime sphere iferioris: ⁊ oium ab ea cõtentaꝝ. Et sic descẽdendo vsqꝫ ad vltimã que est sphera terre: ita vt semp cõcauum superioris iungatur vndiqꝫ cõuexo inferioris excepto concauo aeris ⁊ in parte concauo aque.

¶ Qꝫ sphere planetarũ habent eundẽ motum ad orientẽ cum sphera octaua. Cap. XIII.

Et omnes sphere septẽ planetarũ hñt vnum ⁊ eundem motũ ad orientẽ: cũ firmamẽto et simul cũ ipso rapiunt a primo mobili ad occidentẽ quasi ipse cũ. 8. sint vna eẽntia. Quare auges circulorũ deferentiũ septẽ planetarũ sunt semp affixe eisdẽ stellis fixis seu eisdẽ sitib' firmamẽti: lꝫ corpora ipsoꝝ planetaꝝ aliũ motũ hñt manifestũ in suis differẽtijs ⁊ spacijs ⁊ distantijs a terra duodecim imaginibus ipsoꝝ corpoꝝ: que plenius perscrutati sumus in vno libro quẽ de modo equationis planetarũ ad istantiã dñi Urbani pape qrti edidimus ponẽdo hec oĩa in numeris certis ⁊ ex animatis a nobis.

¶ Qꝫ corpa celestia nõ hñt motũ nisi circlarẽ. Ca. XIIII.

Hic igit cõstat ꝙ in oib' corpibus incorruptibilibus iuenit motus localis ⁊ nec alius. Generatio aũt ⁊ corruptio augmentũ ⁊ diminutio in rebus icorruptibilibus eẽ nõ possunt. Sed neqꝫ alteratio que est vis ad gñationẽ ac corruptionẽ: nec recte cõtra hoc obiectũ est de alteratione lune in eclipsi: qm eclipsis est potius in luna priuatio qualitatis aliene qꝫ pprie. Luna eñi nullã in se minutionẽ recipit ex eclipsi. Ille aũt motus localis qui inuenitur in corpibus celestibus circularis est: qm finis hui' motus est mouere elñta ad mixtionẽ ⁊ ad suas pprietates cõcipiendas. ⁊ suas opationes exercendas: ppter qd oportuit ea circulariter moueri vt orbiculariter inferãt hos effectus in oẽm mundi distantiã. Hec aũt agunt irradiando in ista inferiora ⁊ lucẽ suã multiplicando p radios. Lux eñi est qualitas ipsoꝝ per quã in istis iferioribus operant: irradiatio aũt est ifluentis ſm latitudinez. Unde constat ꝙ orbiculariter mouent corpa celestia ⁊ elñta vt p eoꝝ motũ circulare cõtinua successiane ifluãt in ipsa irradiãdo directe in singula eorũ successiue.

¶ Qꝫ elemẽta ⁊ mixta ex eis non habẽt motũ nisi ad centrum ⁊ a centro. Cap. XV.

Elemẽta vo non hñt motũ circularẽ sed rectum. Leuia quidẽ a cẽtro grauia ad centrũ. Nam ipsa sunt ppter mixtũ: misceri aũt nõ pñt nisi per motũ sursum ⁊ deorsum. Cõstat eñi ꝙ p motũ circularẽ nunqꝫ ministrarent: queadmodũ nec corpa celestia nuqꝫ miscent: ⁊ ille motus in elñtis cãt a motu supcelestiũ corpoꝝ. Sed ab ipo per vtutẽ suaꝝ irradiationũ calefiunt aut ifrigidant et plus ⁊ minus ⁊ rarefiut: ⁊ quidẽ cõdensant ⁊ plus ⁊ minus. Mixta autẽ sequunt vota suoꝝ miscibiliũ vt ea q̃ plus participãt de leuibus moueant sursum: ⁊ ea q̃ plus de grauibus moueant deorsuz. Et opꝫ quecũqꝫ mouent sursum amplius rarefiant vt vapor ascẽdens. Que autẽ mouent deorsuz oportet ꝙ aut sint densa nõ rarefactibilia vt lapides: aut cõdensent: vt vapor qñ cõuertit in pluuiom. Et accidũt ista ppter nãle desideriũ cuiuslibet locati ad suũ locũ. Ex premissis eñi constat ꝙ primũ locãs est sphericũ ⁊ aĩno locata ab ipsa ⁊ ad se inuicez vsqꝫ ad mixta sũt etiã spherice locãtia: ⁊ locata. In quo apparet ꝙ omne locatũ desiderat equidistare suo locanti et alia vicina pmo mobili. Densata vo nõ rarefactibilia nuſqꝫ põt equidistare pmo locanti: et per cõñs nec medijs nisi sint in centro ⁊ circa centrũ: vñ neĉe est ꝙ oia moueant ad centrũ nisi fuerint pbibita ab alio fortiori. Qm vbicunqꝫ fuerint extra centrũ accedũt ad vnã partẽ locãtis pmi ⁊ ab alia elongantur. Qꝫ si possent se rarefacere nisi essent pbibita facerent vnã spherulã circa centrũ. Cui' magnitudo eẽt ſꝫ quãtitatez sue mãe ⁊ possibilitatẽ sue rarefactionis. Mixta igit quoꝝ partes cõfecte sunt nec separabiles si nõ essent probibita necessario descẽderẽt in centrũ ⁊ disponerẽt se ſm illũ sitũ quo centrum terre eẽt cẽtrũ eoꝝ quaten' eoꝝ figura sustineret. Nec nunqꝫ a situ illo recederẽt nisi pulsa. Unde cõstat ꝙ si terra eẽt perforata diametraliter ⁊ demergeretur vna sphera ferrea in illud foramẽ ꝙ ipsa descẽderet vsqꝫ ad centrum quousqꝫ centrũ illius sphere esset verissime cẽtrũ terre ibiqꝫ in perpetuũ quiesceret nisi a maiori potẽtia pelleret. Unde cũ terra sit grauissimũ oium corpoꝝ: necio sequit ꝙ ipsa sua põdere quiescet imobiliter in medio celi. Qd si per intellectũ subtrahimus terrã: necio tota aqꝫ tanqꝫ oium corpoꝝ grauius diffundet se vndiqꝫ sphericẽ circa centrũ. Simil'r quoqꝫ aqua ⁊ terra per intellcm subtractis hoc facient aer ⁊ ignis. densato aere in parte inferiori prope centrũ ⁊ rarefacato eo et igne vsus circũferentiã: ita vt impleãt omne spatiũ qd a cẽtro vsqꝫ ad concauũ sphere lune: eo ꝙ nã vacuũ nõ subsistet ⁊ supiora corpa rarefactionẽ aut cõdẽsationẽ nõ recipiunt. De tota igit mũdiali machina ⁊ partibus ei' ⁊ forma et situ ⁊ ordine ⁊ motu tanta nobis dicta sufficiant.

¶ Qꝫ celum mouetur circulariter. Cap. XVI.

Nunc autẽ ad motũ ⁊ formã spheraꝝ supcelestiũ redeamus. Dicimus igitur ꝙ ois motus circularis fit per centrũ: ⁊ omnis motus sphericus sup axẽ. Opꝫ ꝙ in motu spherico axis sphere fixa maneat: ⁊ in supficie sphere poli: ⁊ ꝙ oia pũcta in superficie sphere signata describãt in motu sphere circulos eqdistãtes circa polos maiores videlꝫ ⁊ minores ſm ꝙ magis aut minus distant a polis. Sitqꝫ circulus vnus salus diuidẽs spherã sup cẽtrũ eius ac eqdistãs vtriqꝫ polo. Qui dicit cingulũ motus sphere: ⁊ iste circulus semp est de maioribus. Nãqꝫ maior circulus in sphera dicit qui diuidit spherã in duo eqlia ⁊ ois talis trãsit per cẽtrũ. Minor aũt dĩ qui diuidit eã per duo inequalia: ⁊ nullus talis transit per centruz. Et dicunt partes sphere in quos diuidit circulus minor portiones sphere: quaꝝ vna semp est maior: ⁊ altera minor. Et oẽs circuli equedistantes eosdem habent polos. Si igit diligenter ituecamur motũ stellarũ fixarũ apparebit in eo manifeste forma predicta que cõuenit motui spherico. Uidemus enĩ ex parte septẽtrionis quasdam

stellas semꝑ apparentes et videmus eas describere circulas suos semꝑ easdē. ⁊ alias quidē minores quāto plus accedunt ad septētrionē ⁊ alias maiores quāto plus elōgant ab eo quousqꝫ perueniatur ad stellas que nobis oriūtur ⁊ occidunt quas videmus semꝑ oriri ⁊ occidere. Et in eisdē punctis circuli hemisperij ⁊ esse maiorē morā super terrā ⁊ minorē sub terra quāto inter orientes sunt ꝓpinquiores septētriani quousqꝫ perueniatur ad aliquas quarū mora sup terrā est equalis more earū sub terra: et opꝫ ꝙ iste sint in circulo maiori qui est cingulū motꝰ earū: deinde ab eo versus meridiē sequūtur stelle habētes maiorē morā sub terra ꝙ̄ supra terrā: tanta quidē quāto magis accedūt ad meridiē quousqꝫ ꝑueniatur ad stellas habentes solū ꝯtactū circuli hemisperij pro ortu ⁊ occasu earū. Et vltra illā versus meridiē quecūqꝫ stelle sūt: fiunt nobis sempiterne occultationis: ⁊ oēs stelle ꝑdicte describunt semꝑ easdē circulos oēs adinuicē equedistātes. quorū necē est esse easdē polos ⁊ sunt pūctꝰ in septētrione qui est quasi centrū semꝑ apparentiū ⁊ est nobis per aliqđ spatiū semꝑ eleuatus: ⁊ pūctus in meridie diametraliter sibi oppositus qui est quasi cētrū semꝑ occultarū: ⁊ est nobis per idē spatiū semꝑ depressus. Ista oīa euidenter ostendūt ꝙ sphera in qua sunt stelle fixe que dicitur firmamentū mouetur ab oriente in occidentē.

¶ Qꝛ terra non mouetur. Cap. XVII.

Quāuis fuerint nōnulli ꝓpter prauā dispōnē intellꝰ eorū magis apti ad impossibilia comprehēdēda ꝙ̄ ad necīa itelligēda: qui dixerunt ꝙ sphere celestes nō mouentur: sed terra cū oībus partibus suis mouetur omni die reuolutione vna integra ⁊ nos motū istū in nobis et terra mota nō percipimus: sed ipsum in celo iudicamus putātes ꝙ partes celi ad occidētē moueantur: quū nos ad orientē mouemur: quēadmodū si aliꝗ̄ nauis exiret de aliꝗ̄ portu occidētali ⁊ iret versus orientē. videretur nauigantibꝰ ꝙ portꝰ moueretur ad occidētē ⁊ ꝙ nauis maneret fixa: quia sensus nō iudicat de motu nisi respectu alicuius fixi diuersi: et ideo nauigantibus cū sunt in mari remoti ab omni fixo remota in qđ videant ⁊ nihil vidēt nisi mare: videtur eis ꝙ aqua mouetur. Hunc aūt errorē ideo posuerūt: quia putabant ꝙ nobiliori corpori debeatur nobilior cōditio. Nobiliorē aūt cōditionē putabāt esse quietis ꝙ̄ motus. Sed hic error repellitur per ea que videmus de motu locali in sitis inferioribus: qualis est sagitta vel auis vel aliquid aliud proiectū motum: qđ videretur velocius moueri versus occidentē ꝙ̄ versus orientē per respectū alicuius in terra fixi: qđ falsum est cū videamus predicta in aere mota ab aliquo terre situ fixo equa velocitate siue ad orientem siue ad occidentem moueri.

¶ Qꝛ celum est rotundū. Cap. XVIII.

Celum autē esse rotundū dubitari nō pōt: quū ex ꝑmissis excluditur. Amplius aūt si esset angulatū sequeretur ex motu eius aut corpus esse sine loco aut locū sine corpore. Rursus etiam si esset planū stelle in media celi nobis essent propinquiores ꝙ̄ in ortu vel occasu. ergo deberēt videri maiores: ⁊ tamē videntur maiores in ortu ⁊ occasu. Qđ nō est ꝓpter minorē earū distātiā sed ꝓpter aggregationē vaporū radios frāgentiū: sicut apparet de his que videntur nobis minora ꝙ̄ sint in veritate. Itē si esset planū: semꝑ videremus nouas stellas oriētes ab oriente. Cum nunꝙ̄ videamus eas reuerti ad orientē per dictū planū. Videremus quoqꝫ eas maiores quū essent in directo nr̄i in meridie ꝙ̄ cū essent remote a nobis versus orientem ⁊ occidētē. Amplius aūt sumitur ratio ex silitudine: nullū autē corpus pōt esse similis forme in toto vel in ꝑtibus nisi sphericū. Nā quelꝫ pars superficiei spherice suo toti vbiqꝫ applicatur: quare nō potuit esse rotūdū columnare aut pyramidale aut ouale. sꝫ solū sphericū. ¶ ꝑ. Celū debuit oīa cōtinere: ideo debuit esse capacissimū. Et quoniā isopemetrorū solidorū maximū est sphera sicut superficialis circulus: oportuit celum eē sphericū. Sꝫ etiā ꝯueniētia silitudinis fuiure ad suū exēplar idē ꝯcludit: vt sicut exēplar mūdi vꝫ ipse mūdus architypus caret ꝑncipio ⁊ fine: ita mūdus ab ipso veniēs figurā hēat ꝑncipio ⁊ fine carentē: que sola est in corporibus sphera.

¶ Qꝛ terra ⁊ aqua habēt formam sphericā. Cap. XIX.

Quod autē terra ⁊ aqua simul habeāt formā sphericā probatur manifeste ꝑ ea que apparēt nobis ⁊ de ortu ⁊ occasu in corporibus celestibus. Videmꝰ eni vt ꝑmo loquamur de dimēsiane que est ab oriente in occidentē ꝙ stelle prius oriuntur ⁊ ꝑmo occidūt magis oriētalibus ⁊ tardiꝰ minus orientalibus vt patet per eclipses lune: que lꝫ in vno instāti tēporis fiūt apud oēs: illa tū eclipsis que apparet aliquibus in ortu lune: apparet orientalibus abs tā in terra ꝙ̄ in mari scđa hora noctis vl tertia vel quarta sm ꝙ sunt magis orientales: ab illis aūt minus: nec inuenitur diuia lter existētes in terra ⁊ in mari siue illis qui sūt in mari siue in isulis siue in nauibus: qđ nō pōt esse nisi ꝓpter sphericitatē terre ⁊ aqua ab oriente in occidentē. Idē quoqꝫ apparet in septētriane in meridie: naꝫ siquis moueatur de septētrione l meridiē: inueniret polū septētrionalē depssiꝫ versus circulū hemisperij reꝰ situs ꝑoris: ⁊ tāto magl ꝙ̄to magl mouebitur versus meridiē. Itaqꝫ alique stelle de pte septētriōis que ꝑus ⁊ sꝑ apparebāt incipiebāt sibi occidē ⁊ oriri: ⁊ tāto magis accidet istđ ei ꝙ̄to magl mouebitur ad meridiē: ita ꝙ posset in tantū procedere versus meridiē. vt oēs stelle que in ꝑmo situ suo semꝑ ei apparebāt sibi occiderēt ⁊ orirent: ⁊ oēs que ex pte meridiei sibi semꝑ in ꝑma situ occultabantur eidē orirentur ⁊ eēt vterqꝫ polus septētrionalis ac meridionalis i circulo hemisperij. Silr quaqꝫ si idē homo a situ ꝑmo moueretur versus septētrionē semꝑ magis eleuaretur ei super circulū hemisperij polus septētrionalis et stelle q̄ in ꝑori situ oriebantur ⁊ occidebant fierent ei semꝑ occulte: ⁊ hoc semper eo plus eleuaretur quousqꝫ ꝑueniret ad locū vbi polus septētrianalis esset directe sup caput eius. In quo situ hemisperiū celi septētrionale semꝑ ei appareret: et meridionale semꝑ ei occultaretur: nec inuenitur diuia in hoc inter ambulantē per terrā aut per mare versus meridiem aut versus septētrionē ꝓpter qđ oportet ꝙ terra ⁊ aqua habeāt sphericitatē a septētrione in austrū. Errant igitur qui dicunt terrā esse planā: quū si esset plana ab oriēte in occidente stelle oēs simul orirentur oībus hoībꝰ in ea habitantibus ⁊ simul occiderēt: ꝙ si esset plana a septētrione in meridiē siue austrū: quocūqꝫ mouentur stelle que ei in situ vno semꝑ apparēt ille in quolibet alio situ semꝑ apparent eidem. Similiter ille que in vno situ semꝑ ei occultarentur in quolibet alio situ semꝑ sibi occultarentur.

¶ Qꝛ terra est in medio celi. Cap. XX.

Quod aūt terra sit in medio celi constat ex hoc ꝙ oēs stelle siue in ortu siue in media celi siue i occasu apparēt nobis eiusdē quātitatis. Unde videntur in omni earū situ a nobis equaliter instantes. Amplius si terra magis accederet ad vnā partē ꝙ̄ ad aliā: quicūqꝫ existeret in ea pte celi que magis accederet ad celū nō videret medietatē celi. quicūqꝫ vo existeret in oppositū videret plus medietate celi. Dicūt aūt phī ꝙ vbicūqꝫ existat hō semꝑ sibi apparet

apparet medietas celi ꝛ eiusdē medietas occultat̄ quod manifeste ꝓbari pōt per eclipsim lune. Cōstat eni ꝙ in instanti medio eclipsis lune: Sol ꝛ luna sūt vere ꝛ punctaliter ꝺm diametrū oppositi: vnde tunc distant ꝑ medietatē celi: sed quibuscūqꝫ luna in eclipsi sua oritur in instanti medio eclipsis illis occidꝫ. sol in eodē instāti. Ex quo liquido probat̄ ꝙ tota terra est sicut cētrū respectu celi: qm̄ si remoueamus medietatē terre per intellectuꝫ ꝛ ponamus aliquē esse in cētro terre: cōstat ꝙ ille nō videbit nisi medietatē celi: tantū ergo videt ille q est in superficie terre quātū ille qui est in centro: ergo distantia inter centrū terre ꝛ eius superficiē relota ad magnitudinē celi est insensibilis. ¶ Ampliꝰ dicūt p̄hi ꝙ minima stellaꝝ fixaꝝ visu notabiliū est maior tota terra. Cōstat autē ꝙ minia stella est tanq̄ pūctus respectu totiꝰ celi.

¶ De septē circulis qui sunt equator ꝛ orbis signorum et de spheris ascensualibus ꝛ descensualibus descriptis a sole. Cap. XXI.

Apparet igit̄ ex supioribus ꝙ stelle fixe mouent̄ ad occidēs super duos polos predictos scilꝫ septētrionalē ꝛ meridionalē describentes circulos equedistantes circa ipsos quorū maior qui equaliter distat ab vtraqꝫ illorū polorum dicit̄ cingulū p̄mi motus. Naꝫ iste motus stellarū fixarū super polos p̄dictos est motus p̄mi mobilis. Motus aūt ꝓprius sphere stelloꝝ fixarū qui fit in cētū vno gradu ꝺm Ptolomeū vt supra diximus: est ad orientem impceptibilis nisi in magna quātitate annorū excedente vitas cōtinuas multoꝝ hoīuni: ꝓpter qđ ad verū nō puenit notitia eius vt superius dictū est. Et iste motus rapit secū oēs septē planetas superius noīatos ad occidētē super polos predictos: q̄uis quilibet eorū ꝓprio motu ecōtrario tendat ad orientē describēdo circulum: cuius alij sunt poli q̄ꝫ p̄dicti. ¶ Sol eniꝫ vt p̄us de ipso tractemus: qm̄ oēs alij planete suū motū referūt ad solē sumendo ab ipso certā formā describit suo motu circulū vnū qui secat circulū p̄mi motus in duas partes eq̄les ꝛ est maxima distātia eoꝝ 24ᵒʳ građ. fere. vnde etiā poli circuli quā describit sol distant a polis p̄oribus eadem quātitate. Et cingulū predictū p̄mi mobilis dicit̄ equator: qm̄ oībus habitātibꝰ sub eo semꝑ est egnoctiū: ꝛ qa sole exīte in ipo est egnoctiū in vniuersa terra vbi nūqꝫ est diuersitas diei ꝛ noctis vt patebit īfra. Circulus aūt quē describit sol dicit̄ orbis signorū: qm̄ in ipso sunt signa duodeciꝫ que sunt Arietis ꝛc. Maxima aūt distātia duoꝝ predictoꝝ circuloꝝ equatori ꝛ orbis signoruꝫ dicit̄ maxima declinatio solis. Illo quidē que est ad septētrionē septētrionalis: ꝛ illa que est ad meridiē meridionalis. Et sol existēs in p̄ma maxime accedit ad nos. existens aūt in scđa maxie distat a nobis. Est igit̄ sol in pūctis maxie declinationis meridionalis. Qđ est in medio decēbris: ab illo igit̄ puncto incipiet cōuerti ad nos. Unde punctus ille dicit̄ tropicus. i. ꝯuersiuus ꝛ hyemalis qa fit in hyeme. Motu itaqꝫ firmamenti rapitur ad occidēs ꝛ describit vnū circulū equidistātē equatori si nullū hēret ꝓpriū motū. Quis vo p̄ꝑo motu mouet̄ ad oriens omni die vno gradu de ꝑtibus orbis signoꝝ p̄dicti: erit in crastino. In pūcto nō maxie distantie orbis signoꝝ ab equatore: sed aliqua modica quātitate minus distabit ab equatore. vñ patet ꝙ nō descripsit veruꝫ circulū qa nō reuertitur motus in suū principiū. Sed propter ꝯiunctionē duoꝝ motuū p̄dictoꝝ describit spherā. Si eni sol nō mouerei nisi motu firmamēti describeret verū circulū vt dictū est. ¶ Itē si moueret̄ soluꝫ ꝓprio motu firmamēto quic scēre appropinquaret equatori ꝑ obliquitatē orbis signoꝝ vnū gradū describens partem sui circuli veri. Quia igit̄ isti duo motus simul iungunt̄ cōtinue: opꝫ ꝙ omni die faciat vnam spherā loco vnius circuli equidistantis equatori. Que tamē sphera nō differt in sensu a vero circulo ꝛ maxie in locis maximaruꝫ declinationū ꝛ in locis multū vicinis. Tot ergo describet spheras donec perueniat ad equationeꝫ. Quod erit in medio martij: quot dies erūt in toto illo motu. ꝛ tūc erit egnoctiū vernale: ꝛ illa die describet equatorē fere ascēdendo per ꝯsiles spheras vsqꝫ ad aliā maximā declinationē ad quaꝫ peruenit in medio Junij: eritqꝫ numerus spheraꝝ sicut nūerus dieꝝ. Et qa ibi ꝯuertit̄ sol ad aliā maximā declinationē descēdendo. Idcirco iste punctus maxime declinationis dicit̄ etiā tropicus: ꝛ dicit̄ estiualis: qa fit in estate sicut alius hyemalis: qa fit in hyeme: ꝛ descendet per alias spheras descensuales intersecātes priores ascensionales quaꝝ nūerus erit silr̄ ꝺm numeꝝ dierū: ꝛ cū peruenerit ad equatorē: qđ erit in medio Septēbris erit etiam equinoctium autūnale.

¶ De quatuor paralellis arctico et antarcetico et duobus tropicis. Cap. XXII.

Quoniā autē orbis signoꝝ ꝺm suū totū situꝫ mouent̄ virtute motus primi mobilis omnī die vna reuolutione versus occidentē. Opꝫ ꝙ poli eius moueantur omni die circa polos p̄mi mobilis describētes duos circulos circa ipsos equedistātes equatori. similr̄ ꝛ duo pūcta duarum maximarū declinationū p̄dictarū describēt alios duos. Eritqꝫ distātia duoꝝ primoꝝ a polis quāta erit istoruꝫ duorū ab equatione: vꝫ 24ᵒʳ graduū fere: ꝛ duoꝝ primorū ille qui describit̄ circa polū septētrionalē dr̄ circulus arcticus. Oppositus autē dicit̄ antarcticus. Duoꝝ vo secundoꝝ ille qui describit̄ a maxima declinatione septētrionali dicit̄ tropicus estiualis. Alius vo dicit̄ tropicus hyemalis. Et isti duo totā cōtinēt viā solis: qm̄ sol in ꝑpetuū nō egredit̄ extra ipsos. Oēs aūt quatuor predicti circuli sūt de minoribus: qa nō diuidūt spherā per equalia: sed in portiones: ꝛ dicuntur cōiter. 4. paralelli.

¶ De zodiaco. Cap. XXIII.

Aly vo describūt planete singuli singulos circulos itersecātes p̄dictū circulū orbis signorū in duas ptes: q̄ꝝ maxia declinatio nō excedit quātitatē sex graduū: vnde si duo intelligant̄ duo circuli equidistantes vtriqꝫ orbi signoꝝ per quātitatē sex graduū intra ipsos semꝑ erunt omnes planete: totūqꝫ illud spatiū ab ipsius ambitu vocatur zodiacus: ꝛ ꝯtinet duodeciꝫ signa prius noīata. Distantia vo istoꝝ planetaꝝ ab orbe signoꝝ dicit̄ latitudo eoꝝ septētrionalis qdē si fuerit in medietate sui circuli que est septētrionalis ab orbe signoꝝ. Meridioalis aūt si fuerit in ea que est meridionalis ab ipsa: quēadmodū declinatio solis dicit̄ distātia eiꝰ ab equatore: septētrionalis quidē qñ est vsus septētrionē: ꝛ meridionalis quādo est versus meridiē. In luna quoqꝫ figura, intersectionis predicte sui circuli ꝛ orbis signoꝝ dicit̄ draco: ꝛ illa intersectio a qua fit luna septētrionalis ab orbe signorū dicit̄ caput: ꝛ eius opposita dicit̄ cauda draconis.

¶ De duobꝰ coluris ꝛ orizōte ꝛ orbe meridiei. Cap. 24.

Quod si imaginemur duos circulos maiores ambo trāseūtes per polos equatoris ꝛ orbis signorū ꝛ alterū per maximas declinationes ipsoꝝ dicent̄ ambo coluri. Sed p̄mus distinguēs equinoctia ꝛ scđs distinguens solstitia. ¶ Preter hos aūt circulos maiores opꝫ rursus aliū itelligi: qui diuidit vnusquisqꝫ ꝺm situ suū totū celū in duo

hemisperia. s. in hemisperiũ apparẽs supra terrã ⁊ hemisperiũ qđ nobis occultaẗ sub terra. Et diciẗ iste circulus circulus hemisperij siue oriçon: de quo manifestũ est ꝙ ipse est vnus de circulis maioribus: qm̃ diuidit spheraꝫ in duo equalia: vt pꝫ ex premissis. Et ſm̃ quelibet situꝫ est vnicuiqꝫ oriçon ꝓprius. vnde si qs directe moueatur ad orientẽ vel occidentẽ eadeꝫ altitudine poli manente polus oriçontis sui qui est çenith capitis describet vnuꝫ circulũ equidistantẽ equatori: qui erit vnus de circulis maioribus vł minoribus: ⁊ erit illi solis vniformitas in quãtitate dierũ ⁊ noctiũ vt infra patebit. Si quis auteꝫ directe moueaẗ a septẽtrione in meridiẽ vel econuerso: eadẽ distãtia ab oriẽte ⁊ occidẽte seruata çenith capitis eius describet vnũ circulũ de maioribus transeuntẽ per polos equatoris ⁊ intersecantẽ ipsũꝫ ad angulos rectos. Et huic accident oẽs diuersitates inequalitatuꝫ dierum ⁊ noctiũ que esse possunt. ⁊ oẽs isti situs habebũt in vno ⁊ eodẽ instanti meridiẽ ⁊ in vno eodẽ instanti mediam nocteꝫ. Qm̃ cũ sol ꝑuenerit ad istũ circulũ de oĩe: erit similis oibus habẽtibus çenith in ipso meridies. Et quãdo ꝑuenerit ad ipsum de nocte erit sitis oibꝰ media nox. Sequiẗ etiã ꝙ oẽs stelle q̃ ꝑuenerint ad ipsuꝫ sup terrã: tunc mediauerint arcũ suũ quẽ describunt supra terram. Et qñ peruenerint ad ipsum sub terra: tũc etiã mediauerint arcũ suũ sub terra. vñ recte diciẗ circulus iste circulus meridiei qui transit per polos eq̃toris ⁊ per çenith cuiuslibet situs: ⁊ ad oẽm sitũ sunt oẽs circuli fixi. Oriçon videlꝫ ⁊ orbis meridiei. Uerũtamẽ quocũqꝫ qs moueaẗ mutat oriçõtẽ: lꝫ nõ oporteat ꝙ mutet meridianũ: qđ satis patet ex predictis. Uolo aũt ꝙ intelligas ꝙ omnis situs cuius çenith est in equatore dicit̃ hr̃e oriçõtem rectũ ⁊ spherã rectã. Qm̃ oriçon coꝝ transit per polos eq̃toris: ⁊ itersecat eos ad angulos rectos. Uñ sphera celestis voluiẗ eis ſm̃ rectũ situm. Sed oẽs alij situs quoꝝ çenith est extra equatorẽ vltra vł citra diciẗ habere oriçontẽ obliquũ ⁊ spherã obliquã. Qm̃ oriçon coꝝ nõ trãsit per polos nec itersecat equatorem ad angulos rectos: sed obliquos: vñ sphera celestis voluiẗ eis obliq̃.

Recapitulatio predictoꝝ. Cap. XXV.

Ex premissis igitur cõstat ꝙ in sphera celesti ꝓpter diuersitatẽ motus ⁊ eccẽtricitatẽ terre necẽo imaginabuntur sex circlos maiores ⁊ quatuor minores. vꝫ equatorẽ qui est cingulũ pmi motus: quẽ orbẽ signoꝝ ꝓprie describet sol: qui pot etiã vocari cingulũ scđi motus: ⁊ coluꝝ trãseuntẽ per polos equatoris ⁊ locs ĩtersectionũ ipsius ⁊ orbis signoꝝ quẽ diciuꝰ distinctoreꝫ equoctioꝝ: ⁊ colurũ trãseuntẽ per polos eosdẽ ⁊ per maximas declinationes eq̃toris in orbe signoꝝ: qui etiã transibit ꝑ polos orbis signoꝝ quẽ distinctoreꝫ solstitioꝝ quẽ supra diximus: ⁊ oriçontẽ q in suo situ diuidit totuꝫ celũ hemisperiũ apparens sup terrã ⁊ hemisperiũ occultũ sub terra: ⁊ orbẽ meridiei: ad quẽ cũ ꝑuenerit sol sup terrã erit illi situi meridies: ⁊ sub terra media nox. Et isti sex circuli ꝑdicti sũt maiores quos imaginamur in sphera celesti. Quatuor vo minores scilicet duo quos describunt poli orbis signoruꝫ circa polos equatoris: ⁊ duo quos describunt due maxime declinationes punctoꝝ orbium equidistantes equatori.

De distinctione orbis superioꝝ per. 12. signa. Cap. 26.

circa terrā mouent̄. Dico aūt eas ꝯm totū quiescere: qm̄ nulla earū ꝯm suū totū in ꝑpetuū mutat locū. Nō enim est alibi totū celū ꝑmū nunc q̄ꝫ prius: sed nec etiā aliqd̄ alioꝝ partes vō ipsoꝝ ↄtinue mutant locū. nā pars que mouet̄ est orientalis iam fiet in medio celi abinde tendet cōtinue ad occasum: ⁊ sic est de ceteris partibus ⁊ sitibus. Terra aūt idcirco est in medio oīum imobilis posita: qm̄ ipsa iter oīa mūdi corpa grauioꝛ existit: celestia enī grauia non sunt neqꝫ leuia. Nā graue ⁊ leue solis elementis ⁊ elemētatis insunt. Elemēta autē (vt phī aiūt) q̄tuoꝛ sunt: quoꝝ duo sunt leuia: ⁊ sunt ignis ⁊ aer. Ignis quidē absolute leuis ⁊ calidus ⁊ siccus. Aer vō respectu grauiū leuis calidus ⁊ humidus. Et duo sūt grauia: ⁊ sūt terra ⁊ aqua: terra quidē absolute grauis frigida ⁊ sicca. Aqua vō respectu leuiū grauis frigida ⁊ humida. Et ista quatuoꝛ elemēta dicunt̄ corpa simplicia. quoniā in partes diuersarū formarū diuidi non pñt: ⁊ quatuoꝛ eorum qualitates predicte que sunt caliditas ⁊ frigiditas humiditas ⁊ siccitas dicunt̄ ꝑmarie. eo q̄ ex ipsis oēs alie generent̄ in rebus cōpositis vt colores: odores: sapores: et cetere qualitates sensibiles. Due quoqꝫ ex eis sunt actiue vt caliditas ⁊ frigiditas: ⁊ due passiue que sunt humidum ⁊ siccum: oēs aūt alie res elītares (quecunqꝫ sunt ex his quatuoꝛ elemētis) per virtutē celestiū motuū adinuicem mixtis cōponunt̄: ⁊ in sua cōpositione quedam ꝑ tēpus maius: quedā ꝑ tēpus minus. per eandē virtutē cōseruant̄: ⁊ eadē oīa in hec eadē elīta ꝑ eādez v̄tutez resoluunt̄. Unde oīa corpora supercelestia monēt res istas elītares īferiores ꝯm mō triplex esse videlꝫ generationis conseruationis ⁊ corruptionis: nam per mixtionē elementorū adinuicē generant̄: ⁊ per resolutionē in elemēta corrumpunt̄. Ipsa quoqꝫ adinuicē generant̄ ⁊ corrūpunt̄. nā vt ait Aristo. ex vno pugillo terre generant̄. 10. pugilli aque: ⁊ ex vno aque gn̄ant̄. 10. aeris: ⁊ ex vno aeris. 10. ignis. Rursus ecōuerso ex. 10. pugillis ignis gn̄at̄ vnus aeris: ⁊ ex. 10. aeris vnus aque: ⁊ ex. 10. aq̄ vn⁹ terre. Qꝫ autē diximus elemēta adinuicē gn̄ari ⁊ corrūpi: ꝯm partes intelligas: impossibile enī est vt tota terra corrūpat̄ in aquā vel tota aqua in aerē vel totus aer in ignez aut ecōtrario: sed partes in partes. Cūꝫ ergo de ꝑprietate rerū grauiū sit descēdere ⁊ de proprietate leuiū ascendere opꝫ terrā que oīum corpoꝝ mundi est grauissima in loco esse maxime inferiori: ignē vō (qui oīum corpoꝝ mundi est leuissimus) in loco esse maxime supꝯiori. Duo vō reliqua elementa (que sunt aqua ⁊ aer) esse inter hec media: aquā qdē deorsum cū terra: aerem vō sursum cū igne. At vō qꝛ celū maxie sursuꝫ est. necesse est vt centꝝ eius maxime sit deorsum. Nā ⁊ appropinquare celo tēdere sursum dicimus: ⁊ a celo elongari deorsum moueri dicimus: non est autē locus in mūdo qui magis distet a celo q̄ꝫ centrū eius. erit igit̄ centrū celi locus oībus maxime inferioꝛ. Sequit̄ igit̄ ex predictis terrā esse in medio celi: que si vnq̄ꝫ moueret̄: qꝛ celo appropinq̄ret quocūqꝫ tenderet: sequeret̄ eā sursum moueri. Qđ quia est impossibile cū sue sit grauitati cōtrariū necesse est eam in medio celi imobilr̄ quiescere: vnde ⁊ si eā totā perforatā diametralr̄ ita q̄ foramē per centrū eius (qđ est cētrū mundi) trāseat: intelligamus: ⁊ in illud foramē massam plūbeā dimittamus necesse est massam illaꝫ ꝑpter causam predictā cū ad centrū peruenerit ibidē quiescere. ¶ Est autez forma terre sp̄herica vt oēs eius partes sup̄ficiales ⁊ a cētro ꝑprio ⁊ a celi cōtinente oīa superficie equidistent. Sphera ergo terre est infima spherarūꝫ oīum tanq̄ꝫ centrū. Ignis vō (qui est oīum corporū mundi leuissimus) locū possidet altissimū ⁊ est ꝯcaua superficie sphere lune: in qua ignis ipse orbicülariter ambitur ⁊ ipse oīa inferiora orbicülariter ambit. Aqua autē (que cōparata ad terram est leuis: comparata vō ad aerē ⁊ ad ignē est grauis) terrā vndiqꝫ deberet naturalr̄ ambire. Sed huius orbicularis ambitus defectus dei factus est precepto eo dicēte. Congregent̄ aque (que sub celo sūt) in locū vnū: ⁊ terra in hac occisionis partē modicū cōsurrexit. Qđ ideo factuꝫ est: vt haberet homo (qui quodāmodo est finis oīum) locū sue habitationi congruentē. Ideoqꝫ rationabiliter cōcedendū solū illū locū terre detectū esse ab aquis. qui fuit humanis vsui necessariuꝫ. qꝛ igit̄ sola quarta terre (quā cōtinēt duo semicirculi) q̄rū vnus ab oriente in occidētē per polū septētrionale. alter vō supponit̄ equinoctiali habitat̄ (vt oēs aiūt) oportet vt alias tres quartas terre esse coopertas aquis. Aer aūt (qui respectu terre ⁊ aque ē leuis: respectu vō ignis grauis) inter aquā ⁊ ignē locū obtinuit: vt ab igne qdem orbiculariter circūdet̄. aquā autē ⁊ terrā orbiculariter circundet. Istarū autē spherarū elemētariuꝫ due ꝑpter soliditatē sue prestant oībus aīantibus māsionē: que sunt terra ⁊ aqua. In alijs vō duabus que sunt aer ⁊ ignis. impossibile est aīal manere ꝑpter sue raritatem substātie: q̄uis ea que volatibus apta sunt frequenter per aerem efferant̄ vt vtilia querātur vel vt nociua fugiant: vel vt ipsa volitatione letent̄. Ad igneā aūt regionē nullū aīal peruenit: tum qm̄ mediū interstitiū aeris qđ est mediū est locus sempiterni frigoris vt probat ꝑhs: tum qm̄ in ignea regione nō est locus vite: ignis enī consumit ⁊ oīa sunt cibus eius. Iste igitur est situs ⁊ ordo spherarū elementariū: que regionē constituunt elementarē quatuoꝛ essentias. id est quatuoꝛ elementa cōtinentē. Alie vō nouem sphere celestes ꝑus dicte etherēā cōstituūt regionē que a phīs quinta nuncupatur essentia: et est tota incorruptibilis taꝫ in se q̄ꝫ in oībus suis partibus nullas recipiens peregrinas īpressiones. Et sphera lune que est prima circūdat orbiculariter spherā ⁊ vniuslr̄ totā elementarē regionē. Sphera quoqꝫ Mercurij circūdat orbicülariter spherā lune: ⁊ spherā veneris spheram mercurij: hāc autē sphera solis: ⁊ illaꝫ sphera martis: ⁊ ipsaꝫ sphera iouis: ⁊ hanc sphera saturni: istā quoqꝫ sphera stellarum fixarū: ⁊ spherā stellarū fixarū sphera nona siue orbis primus. Extra vō istam nihil ponūt phī: q̄uis sancti doctores ecclīe quoꝝ doctrina est certioꝛ ponāt extra firmamētū esse celū crystallinū ⁊ celū empyreū asserentes vltra celum empyreū corpus esse nulluꝫ: hec autem oīa que de spherarum ordine ⁊ continētia dicta sunt patēt in figura. ¶ Redeamus vō et dicamus de motibus nouē orbiū celestiū predictoꝝ ⁊ incipiamus a ꝑmo. vꝫ a motu primi mobilis qui est ꝑmus ⁊ simplex. Dico autē q̄ primuꝫ mobile siue sphera ꝑma monet̄ ab oriente in occidentē redeundo iterū ad orientē omni die nāli reuolutione vna integra cum superadiectione partis quam interius sol motu proprio in cōtrarium pertransiuit. Et fit motus iste super polos suos proprios: qui sunt polus arcticus ⁊ antarctic⁹ siue septētrionalis ⁊ australis: quorum septentrionalis ~~et australis~~ semper nobis apparet: australis vō semꝑ nobis occultat̄: ⁊ illi sunt qui dicunt̄ poli mundi siue poli equatoris. de quo iam dicet̄. Sunt autē poli puncta duo in superficie sphere axem sup̄ quā fit motus terminantia: que in tota superficie sphere sola imobilia permanēt. ⁊ dicit̄ motus istius sphere diurnus: qm̄ ipse dierum tam nālium q̄ꝫ artificialium distinctionem efficit mediante sole. Est aūt dies nālis tēpus quod est a quolibet ortu solis vsqꝫ ad eius iteratū ortuꝫ dictus ad differentiā dies artificialis: que est tēpus a quolibet

ortu

ortu solis vsq ad eius occasū: quod quidem tēpus dies artificialis dicit eo q aptum sit artificijs exercendis. Tempus autē qd est ab occasu solis vsq ad eius ortum dicit nox. ppter qd apparet q crepusculū et aurora sunt partes noctis et nō diei: aliōquin nō esset equinoctiū in medio martij nec in medio septēbris sole progrediente pncipij arietis et libre. Sed esset multis diebus ante mediū martij et multis diebus post mediū septēbris: nec esset medietas anni ab vno equinoctio ad aliud sicut est medietas anni ab vno solsticio ad aliud: sed esset ab equinoctio vernali vsq ad equinoctiū hyemale multo min⁹ medietate anni: quia tamē vulgariter loquētes tempus qd claritate sua artificijs aptū est appellant diem: idcirco crepusculū et aurorā dicūt esse partes diei noctē solūmodo dicentes tēpus illud qd claritate solis sensibili est priuatū. ¶ Sphera autē istā diuidit per mediū circulus quidā equidistāter ab ambobus polis predictis. qui dicitur equator: qm oībus habitantibus sub eo est equinoctium sempiternū. Et qm sole existente in ipso: qd est in pncipio arietis et libre est equinoctiū in vniuersa terra. Sphera autē stellarū fixarū que firmamentū dicitur: et omnes alie sphere septem inferiores que sunt sphere septem planetarū mouentur (vt ait Ptolomeus) contra motum istius. s. ab occidente in orientē super alios duos polos distantes a predictis quātitate. 24. graduū fere: qui dicunt poli orbis signoꝝ. Est autē orbis signoꝝ circulus diuidens spherā stellarum fixarum per equalia equidistans vndiq a polis mundi proxime dictis. Et dicitur orbis signorū qm ipse cōtinet signa duodecim que sunt Aries Taurus Gemini Cancer Leo Virgo Libra Scorpio Sagittarius Capricornus Aquarius et Pisces. Quilibet autem istoꝝ signoꝝ diuiditur ab astronomis in. 30. grad. et quilibet gradus diuiditur in. 60. minuta: et quodlibet minutū in. 60. 2ᵃ. et quodlibet secūdū in. 60. tertia: et ita deinceps q̄zdiu libet. Secat itaq orbis signorum circulum equatorē in duobus locis: et sunt loca sectionū principia arietis et libre. Et tota medietas orbis signorū (que est ab ariete in libram) declinat ab equatore dicit septētrionalis: reliq̄ vo que est a libra in pisces dicit meridionalis. In circulo autē signorū quatuor pūcta que sunt orientis medij celi occidentis et medie noctis cōuenientiora nobis dieꝝ naturaliū prestant initia: vnde vulgus ab ortu solis diem incipit. eo q sol qui causa est diei. tunc incipit apparere. Astronomi autē in meridie precedentis diei: qm sol in puncto illo fortioris est caloris et maioris claritatis. Iudei ab occasu initiātes ordini auctoritatis diuine Factū est vespere et mane dies vn⁹: in qua auctoritate occasus preponit et ortus subsequitur. Arabes quoq quemadmodū Iudei ab occasu diē incipiunt: cum enim mensibus et annis vtant lunaribus de quibus infra dicetur. Ipsos dies menses: et annos a visione lune noue incipiunt: que in vespere de sub radijs solis exiens incipit apparere. Romani vo a media nocte eo q sol tūc a remotissimo situ ad nos icipit accedere. Principia autē que ab ortu et occasu sumunt manifesta sunt sensui: duo vo reliqua magis cōueniunt rationi: qm diuersitas regionum in diebus hoc modo inchoatis non variat quātitatem. Sed ichoātis ab ortu aut ab occasu est magna diuersitas dierū in diuersitate regionū sicut probant astronomi. Quadre autē noctis de quibus facta est mentio patent in figura.

¶ Enumerat partes tēporis vulgares. Cap. IIII.

Sunt autē pme partes vulgares et maxime sensibus manifeste dies tam nālis q̄ artificialis et noctes vtpote a nobiliori corpore mundi: quod est sol create: istas eni ptes tēporis visu maxime tactuq cognoscimus: ceteras autē per istas aut sola rōne cōprehendimus. quaꝝ rursus quedā sunt maiores die: quedā minores. Minores aūt sunt quadrās et minutie horaꝝ. Maiores vo apud vulgares qdē sunt septimana mēsis Ver Estas Autūn⁹ Hyems ann⁹ Lustrū Indictio Sclz.

¶ De quadris diei taz nālis q̄ artificialis: et de diei naturalis principio. Cap. V.

Dies ergo naturalis diuidit in quatuor quadrantes: patet enim ex predictis q sol in oī die naturali mouetur circa terrā vna reuolutione integra faciens nobis sui presentiam ab ortu vsq ad occasum et subtrahens se nobis ab occasu vsq ad ortū: quia ergo per sui presentiam ex vtute sibi data a Creatore calefacit et dsiccat: per sui vo absentiam infrigidat. et humectat: necesse est vt ipse in omni die naturali moueat cōplexiones ex prenoīatis quatuor qualitatibus primarijs. Cum enim sol fuerit in puncto medie diei erit opatio in nos fortior que esse possit in tota die illa nālis: tum ratione multe more precedētis super terrā: tum ratione directe irradiationis in nos. Et ppter causas contrarias cum erit in pūcto medie noctis erit debilior: necesse est vt in puncto meridiei fortissime calefaciat et desiccet: et in puncto medie noctis fortissime ifrigidet et hūectet: et vlr in die calefaciat et desiccet ppter sui presentiaz. In nocte vo infrigidet et humectet ppter sui absentiam. In duobus vo punctis medijs qui sunt punctus orientis et occidentis erit operatio eius medijs: in pūcto quidē orientis calefaciēs ppter primū accessum ad diem: et humectans ppter pmū eius recessum a nocte. In puncto autē occidētis ecōtrario: erit quidem infrigidans ppter primū eius accessuz ad noctē: et desiccans ppter primuz recessum a die: erunt igitur quatuor quadre diei nālis quas singulas per equalis diuidunt q̄tuor pūcta. Prima qdē est per quā eq̄lia diuidit pūctus oriētis calida: et humida vniuersalr in qua (vt aiunt medici) mouet in nobis et in aīalibus sanguis qui calidus est et humidus et incipit in pncipio decime hore noctis: et terminatur in fine tertie hore diei. Secūda est quā diuidit per equalia pūctus medij celi calida et sicca estati similis: in qua chola que calida est et sicca mouet icipiēs in pncipio tertie hore diei et in fine none terminat. Tertia est quā diuidit punctus occidentis frigida et sicca autumno similis: in qua mouet melā que frigida est et sicca. Et icipit i pncipio. 10. hore diei et terminat in fine tertie noctis hore. Quarta est frigida et humida hyemi similis in qua mouet flegma: qd frigidū est et humidū icipiens in pncipio q̄rte hore noctis: et in fine none terminatur. He sunt quatuor quadre diei naturalis que patēt in figura. Ad harū q̄drarū similitudinē: habet etiā quelibet dies artificialis: item et quelibet nox suas quadras: dies quidē duas ante meridiem et duas post. Nox etiam duas ante mediā noctem et duas post. Que omnes quatuor punctis predictis alijs q̄ quatuor eoruz interualla equaliter diuidentibus diuidant: eritq quadraruz diei prima frigida et humida a pncipio prime hore diei vsq in finem tertie silis hyemi. Secūda calida et humida a principio quarte hore vsq in finem sexte similis veri. Tertia calida et sicca a pncipio septie hore diei vsq in finem none similis estati. Quarta autē frigida et sicca a principio decime hore vsq in finez duodecime similis autūno. hee aūt quadre patent in figura. Econtrario aūt erunt quadre noctis. Prima qua in pncipio hore noctis vsq in finez tertie calida et sicca similis estati. Secunda autem abinde vsq in finem sexte frigida et sicca similis

autumno. Tertia abinde vsqꝫ in finem noue frigida et humida similis hyemi. Quarta aūt abinde vsqꝫ in finē duodecime calida ⁊ hūida similis veri. Necesse est enīꝫ vt dum sol est in ortu ⁊ in occasu comparatione ad diem infrigidet:cōparatione vō ad noctē calefaciat. Ideoqꝫ oportet vt pria diei ⁊ vltima noctis sint humide. Itēqꝫ vt vltima diei ⁊ prima noctis sint sicce. Rursus quoniā ab humido in siccum non venitur nisi per calidum:nec econtrario a sicco in humiduꝫ peruenitur nisi per frigidū: necē est vt due medie diei sint calide et due medie nocti sint frigide. Iterum autē a composita coniunctione ipossibile est vt perueniatur in cōtrariā compositaꝫ nisi per mediū:quoniā in vno extremorū cōmunicat cum vna: ⁊ in altero cum reliqua:vt a frigido ⁊ humido non venitur in calidum ⁊ siccum nisi per calidū humidum:nec a calido sicco in frigidum humidū nisi per frigiduꝫ siccū. Patet ꝙ secūda quarta diei necessario erit calida et humida:⁊ tertia noctis frigida ⁊ sicca. Itēqꝫ tertia dies calida ⁊ sicca:⁊ tertia noctis frida et humida. Hec ergo est cousa quadrantuꝫ diei ⁊ noctis. Constat autē ex premissis ꝙ a quolibet situ solis in arcu diei ⁊ arcu noctis possumus incipere dieꝫ naturalē et ipsuꝫ terminare cū redierit ad eundem situm arcus alterius diei proximo sequētis.

¶ De horis. Cap. VI.

Manifestum quoqꝫ est ꝙ sol in omni die artificiali:⁊ similiter in omni nocte mouetur quater cōplens compositiones predictas que sunt calidum:⁊ humidum. frigiduꝫ ⁊ humidum:calidum ⁊ siccum. frigidum ⁊ siccum:⁊ hoc est verum siue dies magna siue parua fuerit. similiter quoqꝫ siue nox magna siue parua fuerit:⁊ quia celestia corpora (vt dictum est supra) mouet istas res elementares ꝯm triplex esse:qꝺ est generationis cōseruationis ⁊ corruptionis:necesse est vt sol eminentius in inferioribus maior est ⁊ manifestior moueat predictas quatuor complexiones tam in die ꝗꝫ in nocte ꝯm ista tria esse. Erunt itaqꝫ in quolibet q̄dra diei artificialis ⁊ similiter in quolibet quadra noctis tria tēpora predictis tribus esse motis respōdentia.ergo in qualibet die artificiali erunt ex necessitate quater tria tempora quod est.12. Similiter quoqꝫ et in qualibet nocte:hec autēꝫ tempora vocant phi horas. vnde manifestum est ꝙ in qualibet die artificiali quantacūqꝫ fuerit parua vel magna:similiter ⁊ in qualibet nocte erunt.12.hore.similiter ⁊ in qualibet ⁊ in tota die nāli.24. ¶ Quia vō in regionibus (que ab eq̄tore declināt) est inequalitas dierū ⁊ noctium exceptis diebus illis in quibus sol est in pncipijs duoꝝ signoꝝ que sunt arieꝰ et libra:qꝺ est in medio martij ⁊ i medio septēbris:necesse est horas predictas in regionibus predictis esse inequales preterqꝫ in diebus predictis. In regione autē que est sub equatore:qa ibi est equinoctiū sempiternū (vt dictū estꝰ supra) hore huius sūt equales sicut etiā sunt in alijs regionibus oībus in duobus diebus predictis:in ceteris autē diebus sunt inequales i equaliter in regionibus ppter duas causas. Prima est ꝓpter diuersitateꝫ declinationis solis ab equatore versus septētrioneꝫ vel versus meridiem:quo enī amplius declinat ab eo ad alteruttraꝫ partium predictarum.eo amplius augent̄ ⁊ diminuunt̄ dico ⁊ etiā noctes modo cōtrario:in parte quidē septentrionis dies augentur ⁊ noctes minuunt̄. In parte autē meridiei econtrario. Secūda aūt est ꝓpter elongationem regionis ab equatore:naꝫ que amplius elongat̄ maiorē habet inequalitatē dierū ⁊ etiā nocrium:ideo etiā ⁊ horarū:que vō minus minorē:⁊ has horas (de quibus quilibet dies artificialis habet.12.similiter etiam quelibet nox) vocant phi temporales quasi tēpora diurna et nocturna distinguentes. Sed sunt alie equales adinuicē quarum quelibet est vigesimaquarta pars diei nālis: de quibus sūt quādoqꝫ in die artificiali plures ꝗꝫ.12.quādoqꝫ pauciores:⁊ similiter in nocte vt satis patet ex predictis:⁊ has vocant equinoctiales ꝓpter tres causas. Prima est quia habitantibus sub equatore omnes hore (vt est dictū supra) semper sunt equales. Secūda vō quia sole existēte in equatore (qꝺ in pncipio arietis ⁊ libre) omnes hore sūt in omnibus regionibus mundi equales:hoc etiā dictuꝫ est supra. Tertia est quia hora equalis est spatiū quo orit̄ 24ᵃ pars eq̄toris:que est quindecim grad. ipsius. totus enim diuiditur in.360.grad.

¶ De minutijs horarum. Cap. VII.

Minutie autē horarū sunt minuta.2.3.⁊ sic deinceps quādulibet. Est autē minutū sexagesima pars hore. 2ᵐ vō sexagesima pars minuti:⁊ 3ᵐ sexagesima pars secūdi:et ita de ceteris. Iste autēꝫ minutie partes sunt tēporis distinctiue ex sola humana impositione non ex aliqua celestiū corporū necessitate. Phi enim volentes de partibus horarū negociari elegerunt numerum.60.per quē diuiderent horas ⁊ quodlibet aliud integrū ꝓpter cōmoditatem quā habet a suarū partium multitudine:⁊ ꝓpter sue quātitatis paruitatē. Nam vbi sunt in numero multe partes facile est vnā earū ad alterā reducere. Numerus autēꝫ.60.plures habet partes ꝗꝫ aliquis numerus minor.100.hēt enī medietatē tertiā quartā quintā sextā decimam duodecimā quintādecimā vigesimā trigesimaꝫ ⁊ sexagesimā. Sequit̄ igit̄ vt hora sit minima pars temporis ex impressione motꝰ celestiū corpoꝝ naliter creata.

¶ De septimana. Cap. VIII.

Propter qꝺ fuit ex ordinatiōe Creatoris gloriosi dispositiuꝫ vt singuli planete successiue dominarētur singulis horis successiue a primo instāti tēporis vsqꝫ in vltimū. Eo ꝙ planete per tēporis curricula inferiora mouet ad generationē ꝯseruationē ⁊ corruptionē.⁊ maxime sol vt dictum est supra. Constatqꝫ ꝯm theologicā veritateꝫ ꝙ pmus dies tēporis fuit dies quē dn̄icum dicimus. Ergo prima hora tēporis est pncipiū illius diei dn̄icum oportet aliquē planetā dn̄ari ꝓpter cām pdictā. Planete aūt nōdū erant:quia sicut diuina scriptura testat̄ creati sunt quarta die.ergo nec aliquis eoruꝫ illi hore potuit dn̄ari. Sed ne tēpus antecedens planetarū creationē quantū ad horarū dn̄ia a tēpore subsequente discreparet.conueniens fuit vt horarū dn̄ia creatis planetis ad eosdē planetas peruenirent ad quos peruenissent si simul cum tēpore fuissent creati. Hoc itaqꝫ supposito videamus quē planetā ꝯuenientius fuit prime hore tēporis dn̄ari. Quia vō ista dn̄ia planetis attribuunt̄ gratia influentie in res cāturares:in illas autē maxime influit sol.ꝯueniēs videtur vt in pma hora tēporis sol dominiū hore sibi vendicaret. Igit̄ venus dn̄ium habuit in 2ᵃ mercurius in tertia:luna in 4ᵃ.saturnꝰ in 5ᵃ:iuppiter in sexta.mars in septima:sol iteꝝ in 8ᵘᵃ. Et deinceps ceteri eodē ordine in perpetuū durante tēpore redeundo semper circulariter a luna que est vltima ad saturnuꝫ qui est pmus: deinde descendendo ordinatiꝫ per singulos dies. Eritqꝫ si bene computatum fuerit vt in.25.hora que est prima secūde diei dominet̄ luna:⁊ in.49.que est prima tertie diei dominet̄ mars:⁊ in.73.que est prima quarte diei dominet̄ mercurius:⁊ in.79.que est pma quinte diei dominetur

iuppiter

iuppiter: et in .121. quinte est prima sexta diei dominetur venus: et in .145. que est prima septime dicetur saturnus. Rursus autem in .169. que est prima octaue diei reuertetur dominiũ ad solem. Et per eosdem circuitus dominabitur luna in prima hora none diei: et mars in prima decime. Et mercurius in prima vndecime. Juppiter autẽ in prima .12. venus in pma .13. saturnus in pma .14. deinde rursus sol in pma .15. et sic in infinitũ. Est igit̃ septimana spatium septẽ dierũ nãlium minimũ tẽpus reducens dominia planetarũ per horas ad cõsimile tẽporis minutum. Quippe spatiũ istud dierũ est tẽpus cõtinens .169. horas qui est minimus numerus numeratus a septem et a .24. scilz a numero planetarũ: et a numero horarũ diei. Phi ergo pmissa cõsiderantes distinxerunt tempus p septenas dierũ naturaliũ componẽtes: qui in hoc non absolute sunt secuti Creatorẽ per vnã harũ circulationum operantem: qui sex diebus cõtinuis oĩa per ordinem fecit et septimo die ab omni opere qḋ patrarat requieuit. Denoĩauerũt igit̃ phi quẽlibet diẽ ab illo planeta q in prima eius hora dominiũ obtinet: vnde fuit ordo planetarũ dies nãles dominãtium duobus semper intermissis iste Sol Luna Mars Mercurius Juppiter Venꝰ Saturnus. Constat igitur ex his que dicta sunt solem esse supra venerẽ et mercuriuz ordine predicto: quẽadmodum ipsum posuit Ptolomeus: et non sub ipsis quẽadmoduz posuerũt platõici et Heber sic vt sol sub venere et mercurio esset. Et hoc modo planete nõ assumerent sibi successiue dñia horarũ: sed diem solis (que est dies dñicus) seq̃ret dies iouis: et diẽ iouis dies mercurij: et diez mercurij dies saturni q̃ est dies sabbati: et diez saturni dies veneris: et diẽ veneris dies lune: et diẽ lune dies martis: deinde rediret ad diẽ solis: qḋ apud oẽs absurdũ est: et a nemine vnq̃ auditum. Nimirũ autẽ luna que post solez fortius operatur tanq̃ scḋm luminare maius in pma hora secũde diei sibi dñium vẽdicauit: quẽadmodum sol qui fortior oĩbus est in prima hora pme diei dñium sibi vendicauerat. Uocaturq3 quelz harũ circulationũ septima dicta a septem et mane, quoniã ipsa cõtinet septẽ: hoc est septẽ primas horas dierũ nãlium denoĩatas a septez planetis ordine premisso dispositis. Unde septimana est pma ps temporis maior die: que apud omnes gentes vniformiter tẽpora distingut lz diuersimode apud diuersos dies singuli denoĩentur. Gentiles enim phorũ rationẽ secuti dies a planetis predicto modo denoĩauerunt. Et iste adhuc est cõmunior modus denoĩandi ipsos et fere ab omnibus sollẽniter obseruat̃. Uerũtamẽ sancta eccl̃ia (q3 gentiles planetas deos esse putabãt) ne errori eoꝝ assentire videretur: denoĩationes huius inutauit et primum diem septimane (quẽ antiqui a sole noĩauerant) ab ipso sole iustitie et rerũ oĩum creatore et vniuersi dño dñicam appellauit: eo quidez q in ipsa die mundũ creare icepit: in eadem die nasci de vtero gloriose Uirginis voluit: in ipsa die ab iferis deuicta morte resurrexit et spiritũ sanctũ in apostolos misit. Ipsum quoq3 diez et quinque sequẽtes ab hoc noĩe feria et a numeris naturali ordie dispositis appellauit: vt scilz ipsiz diem dñicũ dicẽt pmaz feriã: diẽ vo lune 2ᵃᵐ feriã: diem martis tertiã: mercurij quartã: iouis quintã: veneris sextã: diem vo sabbati nomen (quia diuina lege sollennis est) non mutauit. Licz autem sancta eccl̃ia ita denoĩauit: vulgus tamẽ planetarum denominationibus cõmuniter vtitur exceptis die dñico et die sabbati. Judei vo a sabbato sex dies sequentes denoĩant coassumptis dictionibus numeralibus scḋm naturalem ordinem numeroꝝ: et appellant diem dominicum primam sabbati: id est primam diem post sabbatum: et die lune secundam sabbati: et ita de ceteris.

De mense in genere. Cap. IX.

Sequitur de mense in genere: est autẽ mensis vt communiter ipsum notificemꝰ vna ex duodecim partibus anni. lz olim scḋm Romuluz (qui primus apud romanos menses distinxit et annos) esset mensis vna ex decez partibus anni. Ipse enim fecit annum ex decem mensibus vidẽs spatium istud temporis sufficiẽs esse mulieri ad parturiẽdum. Unde voluit mensurare oẽs humanas actiones per curricula tẽpoꝝ: quibus homo creaturaꝝ dignissima complete perficitur: et postmoduz de angustijs materni vteri in latitudine lucis exterioris egreditur: et vocauit primũ istorũ decẽ mẽsium martiũ a patre suo marte: scḋm aprilẽ q2 aperit̃ terra vt germinet: tertiũ maiũ a maioribꝰ in mense illo cerimoniantibus: quartũ iuniũ a iunioribus ppter eandẽ cãm. Sequẽtes autẽ sex denominauit coassumptis denoĩatiõibus numeralibus quintilem sextilem septẽbrẽ octobrẽ nouẽbrẽ et decembrẽ. In principio enim martij solent abundare imbres sole existente in piscibus: ideo quatuor menses pluuiosab imbre denoĩauit. Alij autẽ alias tẽporis quãtitates posuerunt et alio modo annum per mensem diuiserunt: causas eorũ nõ a rebus inferioribus quẽadmodũ Romulus: sz a corporibus celestibus accipientes precipue a motibus duoꝝ luminarioꝝ magnoꝝ. quoꝝ influentia maxime mutat inferiora sicut dictũ est. Unde alij fecerũt annuz solarẽ et alij lunarẽ eũ diuidẽtes in duodecim mẽses vt dicetur inferius: ex quo sol mouet̃ in sex signis orbis signoꝝ: quoꝝ sex declinant versus polum mũdi septentrionalem: et ob hoc dicunt̃ illa sex signa septẽtrionalia. Alia vo medietas tota declinat ab equatore versus polum mundi australem: et ob hoc dicunt̃ reliqua sex signa australia. Duo autẽ puncta que sunt principiuz cancri et principiũ capricorni sunt loca maximarũ declarationũ orbis signoꝝ ab equatore: et principiũ quidẽ cancri est a parte septẽtrionis: et principium capricorni a parte meridiei. Cum ita sol semper moueat̃ sub orbe signorũ vt iã dicet̃: oportet q in pncipio capricorni sit in maxima remotione a nobis et q tunc fit solstitiuz hyemale et q idẽ nõ cesset ascẽdere vsq3 ad principium cancri: vbi erit in maxima propinquitate ad nos: et q ibi fit solstitiũ estiuale: et q inde quoq3 non cesset descẽdere vsq3 ad pncipiũ capricorni: in duobus autẽ medijs ascensu ad cancruz et descensu ad Capricornũ (que sunt pncipiũ arietis et pncipium libre) necesse est esse equinoctiũ: in pncipio qdẽ arietis equinoctiũ vernale: et in pncipio libre equinoctiũ autũnale. Cuz autem hec signa duodecim sint imagines aĩalium a quibus denoĩatur necesse ipsa habere longitudinem et latitudinem. At vo orbis signorũ cum latitudo lateat solam longitudinẽ determinat. cui si a dextris et a sinistris duos circulos equedistantes scḋm spatium sex grad. intelligamus zonale spatium ambientes: latitudis duodecim graduum zodiacum efficient: sub quo omnes planete mouentur semper ab occidente in oriente. Sol quidem directe semp sub orbe signorum non declinans ab eo vnq̃ ad dextram vel ad sinistram. Alij autem declinant ab ipso quandoq3 ad dextram: quãdoq3 ad sinistram: et quandoq3 etiã sunt sub ipso ita q vsq3 ad quãtitatez sex grad. possibilis in aliquibus huius declinatio ab ipso. Luna autem cum in tempore sue coniunctionis cuz sole aut sue oppositionis soli fuerit in orbe predicto: necessario erit solis aut lune eclipsis: solis qdẽ si in ipso fuerit in tpe ɔiunctiõis. lune vo si in tpe oppõnis. Joq3 etiã et a nonnullis orbis signoꝝ liea ecliptica icõuenienter

appellat. Ipsa autē revolutio sphere stellarū fixarum: septemq3 planetarum inferiorum fit ita. Sphera quidē stellarū fixarū3 (vt ait Ptolomeus) movet ab occidente in orientem equaliter super polos orbis signoꝝ in omnibus.100.annis vno gradu. sequitur igit vt in.36000.moveatur vna revolutione integra. Saturnus autem in.30. annis fere movetur revolutiōe vna. Juppiter vō fere in duodecim. Mars autem in duobus: vnusquisq3 vō triū planetarū qui sunt Sol venus ꝛ mercurius in vno anno solari qđ est spatiū.365.dierū ꝛ sex horarū minus trecētesima pte vni⁹ diei vt dixit Ptolome⁹. Luna aūt i.27. diebus ꝛ octo horis. Et l3 sphera stellarū fixarū septēq3 planete inferiores moveant (vt dictum est) ab occidēte in orientem super polos orbis signorū cōtra motū3 pmi mobilis prius dictum: ipsum tamē pmū mobile sui motus velocitate spherā stellarū fixarum septēq3 planetas trahit secum in partem in quā movet in singulis suis revolutionibus super polos suos revolutione cōpleta preter illud qđ singuli interim super polos orbis signorum suis proprijs motibus descripserunt. Unde motus quidē quem videmus omni die in stellis fixis ꝛ in planetis (q elevantur in oriente ꝛ tendunt ad mediu3 celi: ꝛ inde ad occasum) inest eis rōne motus primi mobilis. Ille aūt motus quem in ipsis percipimus de ascensu eorū ad partem septētrionis ꝛ de descensu eorū ad parte3 meridiei inest eis ratione pprij motus eorū. vnde constat ꝙ si primum mobile predicta corpora secum non traheret orirentur omnes stelle fixe in occidente occiderent in oriēte ꝛ apparerent nobis quelibet stella fixa post suu3 ortū in occidente anteq̄3 perveniret ad occasum in oriēte per spatium.1800.annorū sicut narrat Ptolomeus de motibus ipsarum: deinde occultarent per equale spatiū. Similiter saturnus apparet nobis per quindecim annos et occultaretur per alios per q̄ndeci3: ꝛ ita de ceteris. Esset enim tēpus apparitionis cuiuslibet tempus medietatis sue revolutionis: ꝛ tempus occultationis reliqua medietas: vnde sol appareret nobis per medietate3 anni: dum videlicet describeret arcum super hemispetium nostrū: qui est ab occidente in orientē: ꝛ occultaret nobis p aliā anni medietatē: dum videl3 describeret arcum in hemisperio inferiori qui est ab oriente in occidente3. Et esset in omni loco mūdi totus annus vnus dies et vna nox: et vnus dies nālis: quēadmodu3 est in duobus sitibus qui sunt directe sub duobus polis mundi. Qđ quidem si cēt quanta sequerentur icōmoda cuiq3 patet. Sit ergo benedictus creator gloriosus: qui sic ea disposuit ꝛ ordinavit. Constat itaq3 qualr ex horū nobilium corpoꝝ motibus tēpora naturaliter distinguuntur adinvicem.

¶ De anno solari ꝛ ei⁹ q̄ntitate fm diversos phos suisq3 diversitatibus fm diversas gentes. Cap. X.

Est autē annus solaris vt nunc loquēdo spatium tēporis in quo sol movet ab aliquo q̄libet pūcto sui circuli quousq3 proprio motu precise redeat ad eundē punctū. Istud aute3 spatium fm ꝙ posuit Ptolomeus est tēpus quo sol movetur ab alterutro duorū solstitioꝝ quousq3 redeat ad idē solstitiū vł ab alterutro duoꝝ equinoctiorū quousq3 redeat ad idē eq̄noctiū. Et ɔtinet fm ip3.365 dies et sex horas minus trecentesima parte vnius diei: quia ergo trecentesima pars diei modica pors diu sa est vel auctoribus annoꝝ solarū cognita nō est. Idcirco facientes annos solares vt sunt greci et romani ipsam neglexerunt superposueruntq3 ꝙ sol in.365.diebus et horis sex precise describerent suū circulū. Et fecerunt tres annos continue sumptos q̄libet.365.dierū tm. Quartū aūt post illos tres fecerūt.366.dierū superaddētes ei diē vnum aggregatum ex sex horis triū annoꝝ predictoru3 excrescentibus in ipsis vltra.365. et ex sex horis in quarto vltra eundem numerū ex trescētibus: alioquin haberent anni diversa principia: vt primus (vbi gr̄a) inciperet a mane: scđs aute3 a meridie: tertius a sero. quartus vō a media nocte. Rursus quintus a mane ꝛ deinceps ordine predicto: quod esset incōveniēs apud vulgus. Manifestū est igit ꝙ sol si in aliquo instāti tēporis. vbi grā. ad meridiē Navarie fuit in puncto solstitij hyemalis. i. in pncipio capricorni elapsis.300.annis necesse est eum fm positionē Ptolomei perfecisse singulas revolutiōes integras sui circuli: ꝛ insuper vnā quam de eodē pertransit in die vna nāli. Non erit ergo in principio pme diei trecētesimi pmi qđ erit in istāti meridiei pdicti loci solstitiū: s3 in meridie diei proxime pcedētis. v3 in pn⁹ vltime diei illoꝝ.300.annoꝝ: ergo f3 talē cōputationē annorum antecedunt solstitia simil'r ꝛ equinoctia tēpora sua singulis.300.annis in die vno. Et si summamus.300.fm numerū dierum medietates anni. videl3 a.83.vicibus antecedent solstitia ꝛ equinoctia tēpora priora q̄ntitate medietatis anni. Eritq3 solstitium hyemale in medietate iunij ꝛ estivali in medietate decembris. Duo q̄dem equinoctia erunt vicissim in tēpora cōtraria permutata ꝛ hec erit in spatio tēporis continente.54900.annos. Si igitur quilibet tercētesimus annus fieret minor quantitate sibi attributa fm suppositionē predictā vno die: manerent solstitia ꝛ equinoctia fm habitudinē vnā. Si vera est premissa positio Ptolomei ꝛ esset kalendariū quo vtunt facientes annos cum quarta vt romani ꝛ greci corruptum quantū ad verā quantitatē anni ꝛ quantum ad fixionē solstitiorum ꝛ equinoctioꝝ. ¶ Quoniā igit nūc tempore nostro preterierunt de annis solaribus cu3 quarta a nativitate salvatoris trecenti equatur: nunc quoq3 precedit solstitium diem nativitatis eius fere dece3 diebus: qm̄ in hoc tēpore nr̄o est solstitiu3 q̄ntadecima die decembris: oportet (si vera est positio Ptolamei) ꝙ in anno nativitatis eius precesserit solstitium diem nativitatis ipsi⁹ sex dieb⁹: ꝛ qđ fuerit.19.die decēbris. ¶ Albategni vō l3 cum Ptolomeo in diffinitione anni solaris convenit vt videl3 sit tempus quo movet sol ab eq̄noctio ad idem equinoctiū vel a solstitio ad idē solstitiu3: tamē ab ipso discrepat in illius temporis q̄ntitate. Ponit enī tēpus istud esse.365. ꝛ sex horis ipsius minus centesima parte vnius diei: quapropter si quilibet cētesim⁹ ann⁹ fieret minor q̄ntitate sibi attributi fm suppositionē kalendorij ꝛ grecoꝝ ꝛ romanoꝝ vna die manerēt solstitia equinoctia fm habitudinē vnā ꝛ esset quantu3 ad hoc kalēdariū verificatu3. si vera est positio Albategni. Et sequit ex hac positione vt in anno nativitatis Chri: dies nativitatis precesserit diem solstitij duob⁹ diebus. vere enim (vt dictū est supra) dies solstitij precedit diē nativitatis Chri diebus decem. At vō a nativitate eius pterierunt centum anni duodecies: q̄re oportet fm hoc ꝙ fuerit anticipatio solstitij a tēpore nativitatis Chri in duodecim diebus. Fuit ergo fm istam positione3 solstitium.27.die decembris in anno nativitatis domini. Constat itaq3 in quibus Ptolomeus et Albategni conveniunt: et in quibus differunt circa quantitatem anni solaris. Differunt enim solummodo in quantitate anni ꝛ cōveniūt in diffinitione. videlicet ꝙ sit tempus motus a solstitio ad idem solstitium: vel ab equinoctio ad ide3 eq̄noctium. Quia vbi annus Solis est tempus quidem quo movetur Sol ab aliquo puncto sui circuli quousq3 proprio motu redeat ad eunde3: necesse est vt fm predi

tetas Ptolomei ⁊ Albathegni positiones idem punctus circuli solis sit semper in loco solstitij ⁊ idem in loco eqnoctij: ergo circulus non mutat situm respectu punctorum solstitialium ⁊ equinoctialium: sed semper manet respectu ipsorum tam in auge q̄ȝ in alijs omnibus punctis suis ſm habitudinem unam. Quia ergo stelle fixe mouentur ab occidēte in orientē continue singulis cētū annis uno gradu ſm ꝙ posuit Ptolomeus maiꝰ erit tēpus quo sol mouet̄ ab aliqua stella fixa quousq; redeat ad eandem q̄ȝ sit una circulatio solaris. ¶ Supponamꝰ enim ꝙ in aliquo instanti tēporis qđ sit .a. sit sol in puncto equinoctij vernalis qui est p̄mus p̄ūctus arietis ubi vz orbis signoꝝ intersecat equatorē. Supponamus q̄ȝ ꝙ in eodē instanti sit aliqua stella fixa que sit .c. in eodē puncto. Sunt itaq; in instanti .a. simul sol ⁊ stella .c. ⁊ primus punctus Arietis. Moueat̄ ergo sol quousq; iterum redeat ad primū punctum arietis: et sit hoc in instanti .b. Erit igit̄ tēpus .a b. annus solaris: oportet aūt per ea que dicta sunt ut stella .c. pertransierit de signo Arietis centesimā partem primi grad. Sol igit̄ nō inueniet stellam .c. ad instans .b. in p̄mo puncto arietis in quo ipsa fuerat ad instans .a. sed eā inueniet post centesimā partē primi grad. Arietis: ⁊ ibi ꝯiungent̄ cū ea qđ erit in aliquo tempore: qđ addit reditus solis a stella fixa ad stellā fixam super quātitatē anni ſm positionē Ptolomei. Manifestum est autem ꝙ si aux solis ⁊ cetera puncta sui circuli essent fixa semꝑ cōparata ad p̄ūcta solstitialia ⁊ equinoctialia: verū esset id in quo circa quātitatē anni ꝯuenerūt p̄dicti phi. Uidelȝ ꝙ annus solis esset redditus a solstitio ad idē solstitiū siue ab equinoctio ad idē equinoctium. Reditus eni a solstitio ad idē solstitiū esset equalis reditui eius a quolȝ puncto sui circuli ad eundē punctum: simil̄r etiā de equinoctio: sed posteriores phi qui secuti sunt Ptolomeū inuenerunt rem ita esse. Sed inuenerunt augem solis in cuncta puncta circuli sui moueri ſm motum stellaꝝ fixarū ⁊ adherere eis semꝑ ſm habitudinē unam: ita ꝙ aux solis stelle fixe coniungit̄ si sit in eodē puncto firmamēti: ⁊ semꝑ fuit cōiuncta ⁊ semꝑ erit nec aliquē habēt motum sibi ꝓprium nisi idem rōne firmamenti: ⁊ simil̄r est de reliquorū planetarum circulis ⁊ augibus. Quia (ut aiunt oēs) oīs annus solis est reditꝰ eiꝰ in suo circulo ab aliquo puncto ipsius circuli ad eundē. Necesse est ſm istā positionem ꝙ annus solis sit reditus eius a qualibet stella fixa ad eandē siue a quolibet puncto firmamēti ad eūdē: ⁊ fit iste reditꝰ (ut asseuerāt posteriores) in .365. diebus ⁊ sex horis: ⁊ cū minutis .9. ⁊ .24. scđis unius hore equalis. At vero nouem minuta: ⁊ .24. scđa unius hore equales sunt quantū .23. scđa ⁊ .30. tertia unius diei. Excedit igit̄ annus solis ſm istā positionē tempus .365. dierū ⁊ sex horarum .23. scđis ⁊ .30. tertijs unius diei. Iste vero minutie quater sumpte faciunt .94. scđa unius diei. Si itaq; sol in aliquo istanti iungatur alicui stelle fixe. Ubi grā .a. circuitus eius equatur .365. diebus ⁊ sex horis nōdū p̄ueniet ad .a. stellā. Sed erit retro distans ab ipsa p quēdam arcum sui circuli quē pertransit in .94. scđis unius diei: nō erunt igit̄ cōpleti quatuor anni solares. Sed deficiet eis quātitas p̄dictarū minutiaꝝ. ¶ At vero q̄m predicte minutie (quas annꝰ addidit supra .365. dies est sex hoꝝ.) si sumantur .353. vicibus: faciunt diem unū integrum exceptis q̄tuor secūdis: ⁊ .3. tertijs unius diei: necesse est ut in .353. annis accidat grecis ⁊ romanis error diminutus unius diei: necesse est ut in .353. integri minus .4. scđis ⁊ tertijs diminutus est a vera quātitate totidē annorum. Ideoq; si singulis .353. annis grecoꝝ ⁊ romanoꝝ addere-mus diē unum esset fere verificata quantitas annorum visualium kalendarij ipsoꝝ. Dico autē fere quoniā addēdo in predicta multitudine aliorū diē unum: addamus plus debito .4. scđa ⁊ .30. tertia unius diei. unde erit ultra .a. stellam per quendā arcum sui circuli quem pertransibit in quatuor scđis ⁊ .30. tertijs uniꝰ diei qui est quasi quoddā insensibile. Hoc autem punctaliter corrigemus: scilȝ hoc modo .4. scđa ⁊ .30. tertia .800. vicibus sumpta constituit unum integrum grad. ex additione diei predicte incurrimus in .353. annis .800. vicibus sumptis: qđ est .122800. annis errorē unius diei superflue additi. Si itaq; in ultimo p̄dictorū .122800. annorū omittamus diem predictū addere erit precise verificata quātitas anni ⁊ sol precise rediret ad stellā. Sed per hoc non erit firmata habitudo solstitiorū ⁊ equinoctiorum. Immo si vera esset positio Ptolomei de motu stellaꝝ fixarū: solstitia ⁊ equinoctia semꝑ preuenirent habitudines ut annus sic verificatus defflueret per singulas habitudines tēporis ⁊ ꝙ icipiet in solstitijs equinoctijs ⁊ in quibuslibet distātijs ab eis. Posteriores autē modū istum motus stellarū fixarū nō inuenerūt sed inuenerūt ea moueri ab occidente ad oriētem usq; ad aliquid: deinde nō procedere ultra: sed redire iterū ad occidentē usq; ad aliq̄d: ⁊ ideo dixerunt eas moueri motu accessionis ⁊ recessionis. Modum autem istius motꝰ affirmauit Thebith Benchorat filius Chore ⁊ posuit principia per que motū predictū faceret esse circularē ⁊ saluaret ea que apparēt ⁊ accidūt motui stellarū. Et ego explanabo hic eius positionem ⁊ ea que sibi accidunt quāto breuius potero. Dico ergo ꝙ ſm ipsum duplex est orbis signoꝝ: unus fixus ⁊ alius mobilis. Et fixus quidē intelligit̄ descriptus in sphera nona: mobilis vero in octaua. Et uterq; eorum diuidit̄ in duodecim signa que superius nominauimus: sed mobilis continet ista signa denoīatiue tm̄. fixus vero cōtinet ea ſm rei veritatē. unde ipse distinctor est imaginū predictarū çadiacum cōponentiū. Et capita arietis ⁊ libre mobilis semꝑ distant equal̄r a capitibus Arietis ⁊ libre fixi describentia in superficie none sphere duos paruos circulos circa ipsa: quoꝝ ipsa sunt poli ⁊ quasi cētra: ⁊ arcus orbis magni ab ipsis polis ad circuloꝝ circūferētiam descendens: (qui est quasi semidiameter eoꝝ) est quatuor grad. 18. m̄. ⁊ .43. scđa. Forma autē huiꝰ motus est ſm hunc modū: cū eni equator secet utrūq; duoꝝ paruoꝝ circuloꝝ p̄dictoꝝ in duo equalia: necesse est ut una eaꝝ medietas declinet ab equatore versus septētrionem ⁊ reliqua versus meridiem ⁊ ut puncta duaꝝ sectionū in utroq; sint unū quidē orientale ⁊ aliud occidētale. Cum ergo caput Arietis fuerit in sectione sui parui circuli ⁊ equatoris occidentalis: caput libre simil̄r erit in occidētali sectiōe sui parui circuli ⁊ equatoris eo ꝙ inter ipsa est semꝑ medietas circuli. Et tunc caput Arietis mouebit̄ ad partē septētrionis ab equatore ⁊ caput libre ad partē meridiei. Et mouebitur utrūq; eoꝝ ad orientē: caput quidem Arietis in tota medietate sui parui circuli septētrionali: ⁊ caput libre in tota medietate sui meridionali. Cūq; caput Arietis peruenerit ad sectionē sui parui circuli ⁊ equatoris orientalē: ⁊ caput libre ēt p̄ueniet ad sectionē sui p̄ui circuli equatoris oriētalē ꝓp distātiā medietatis circuli: ⁊ tūc caput Arietis mouebit̄ ad p̄tē meridiei ab equatore: ⁊ caput libre ad partē septētrionis: ⁊ mouebitur utrūq; eorū ad occidētem: caput quidē Arietis in tota medietate septētrionali. At vero cū caput Arietis mobilis fuerit in alterutro duorum punctorum: in quibus orbis signorum fixus secat circulum paruū predictum quē describit ipsum caput Arietis: tunc orbis signoꝝ fixus cooperiet orbem signorum mobilem ⁊ erunt ambo in superficie una. In-

omnibus vo alijs locis vnus eorū secabit aliū. Et erūt
semꝑ duo loca sectionis ipsorū in primis punctis cancri
⁊ capricorni orbis signoꝝ mobilis. Hec enī duo puncta
in forma huius motus semper adherēt circūferentie or/
bis signorū fixi describentia in ipsa circū vnū equalem
diametro duoꝝ circuloꝝ paruoꝝ predictorū: cuius circ⁹
medietas est maior distantia que esse posit capitis can/
cri ⁊ capricorni orbis signorū mobilis a capite cancri et
capricorni orbis signoꝝ fixi id est a maxima declinatio
ne fixi ab equatore. Unde manifestuz est q in quocūqꝫ
situ orbis signoꝝ mobilis secat fixum caput Arietis mo
bilis distat a sectione eorū per quartā circuli: ⁊ similr ca
put libre. Et lꝫ caput arietis mobilis nūqꝫ fiat caput fixi
tn̄ caput cancri mobilis fit nccīo caput fixi. Et hoc erit
bis in vna reuolutione integra capitis arietis in circūfe
rentia parui circuli predicta: semel videlꝫ cum orbis si/
gnoꝝ mobilis continget paruū circulū arietis predictū
ex parte septētrionis: ⁊ semel quādo continget eundem
ex parte meridiei: tunc quoqꝫ caput capricorni mobilis
fiet necessario caput fixi. Nam in duobus predictis pū/
ctis orbis signoꝝ mobilis cōtinget fixuz: continget etiā
paruū circuluz reliquū quē describit caput libre ex par/
te meridiei quidē quādo alterū continget ex parte septē
trionis ⁊ ecōtrario. Sic enī capitū Arietis ⁊ libre mobi/
lium in predictis circulis semper sunt similes contrario
modo. Necesse est autez vt duo contactus predicti fiant
super capita arietis ⁊ libre orbis signoꝝ mobilis. Mani
festū quoqꝫ est q orbis signoꝝ fixus semꝑ secat equato
rem in duobus punctis eisdem in numero: cū vterqꝫ eo
rum intelligat esse descriptus in vna ⁊ eadez superficie
que est superficies sphere none: mobilis vo secat ipsum
successiue in singulis pūctis qui sunt in duobus arcub⁹
ipsius equatoris oppositis quos separat orbis signoruz
mobilis ad situm duoꝝ ɔtactuū predictoꝝ: ⁊ quantitas
vtriusqꝫ istoꝝ duoꝝ arcuū est circiter. 21. grad. ⁊. 30. mi/
nutarū duplū videlꝫ maxime elongationi capitis arie/
tis mobilis a sectione equatoris. Est enī maxima distan
tia capitis Arietis aut Libre ab equatore grad. 10. ⁊. 45.
minuta. Quapropter maxima declinatio orbis signoruz
fixi ab equatore est semꝑ vna ⁊ eadē ⁊ quātitas eius est
23. grad. ⁊. 33. mi. ⁊. 30. 2. Maxima vo declinatio orbis si/
gnoꝝ mobilis nō est semꝑ vna: sed quādoqꝫ est equalis
predicte: quādoqꝫ vo maior ea: et quādoqꝫ minor: verū/
tamē excessus vnius earū super alterā est quātitas par/
ua. Et erit quidē vna eaꝝ equalis alij quādo caput Arie
tis mobilis fuerit in alterutra duarū ɔtrariaꝝ sectionū
orbis signoꝝ. s. fixi ⁊ circuli parui quem describit caput
Arietis. Quippe tunc ambo orbes signoꝝ. s. fixus et mo/
bilis fiunt in superficie vna. Cuz autē caput arietis mo/
bilis distabit ab alterutra duarū sectionū predictaruz p
quartā circuli: tūc est maxima declinatio orbis signoruz
mobilis ab equatore ⁊ maior q̄ꝫ maxima declinatio fixi
ab eodē. Et peruenit quantitas huius declinationis fm
q extimauerūt Indi vsqꝫ ad. 24. gra. ⁊ Ptolomeus in
tēpore suo inuenit eam in. 23. grad. ⁊. 50. minuta. ⁊. 20. 2.
At vo cū caput arietis mobilis fuerit in alterutra duaꝝ
sectionū equatoris ⁊ circuli parui ꝑdicti: erit minor ma/
xima declinatio mobilis q̄ꝫ fixi. Nam ad illū situm erit
maxima declinatio mobilis in cōmuni sectione ips⁹ mo
bilis ⁊ fixi: qm̄ opꝫ eaz esse in fine quarte ipsius circuli.
Finis autē quarte est a ꝑncipio arietis ⁊ caput cancri de
quo dictū est supra q semꝑ adheret orbi signorū fixorū.
Constat autē q in situ illo mobilis non secabit fixuz in
pūcta maxime declinationis fixi: eo q in illo mobili pū
cto non secat vnus aliū nisi quādo orbis signoꝝ mobi
lis contingit duos paruos circulos predictos. ¶ Ex hoc
etiaꝫ motu accidit vt stelle fixe videant moueri versus
orientē aut occidentem quādoqꝫ motu tardo quandoqꝫ
motu veloci. Cum enim caput arietis mobilis fuerit di/
stans ab equatore in circulo paruo predicto per quartaꝫ
ipsius parui circuli aut prope hoc q erit in duobus siti/
bus oppositis: tunc videbunt stelle fixe moueri ad eādē
partem ad quā mouent motu tardo: in vno quidē earuꝫ
ad partem orientis ⁊ in eius opposito ad partē occiden/
tis. Cum vo caput Arietis mobilis fuerit in alterutra
duarū sectionuz equatoris et circuli parui aut prope eas
videbunt tunc moueri ad eandem partem ad quā mo/
uentur motu veloci: in vna quidē earū ad partem orien/
tis ⁊ in eius opposito ad partē occidentis: quapropter i/
uenta est diuersitas manifesta in motu earuz. Ptolome⁹
enī quādo ipse cōparauit loca earū inuenta ab Abrachis
⁊ ab alijs antiquis phis inuenit eas moueri motu tardo
videlꝫ in centū annis vno gradu. Nam tunc caput Arie/
tis mobilis erat meridionale separatuz a puncto quarte
meridionalis ⁊ accedens ad equatorē. Posteriores autē
caput Arietis ad hoc magis accedente ad equatorem in
uenerūt stellas fixas moueri i. 66. annis vno gradu: fuit
ergo ꝑpter accessum capitis arietis ad equatorē motus
fixarū velocior. Jam autem in hoc nostro tēpore factuz
est caput Arietis septētrionale distans a cōmuni sectio/
ne stationis parui circuli ⁊ equatoris de partibus ipsius
parui circuli. 58. grad. ⁊. 57. minutis fere. Et propter hoc
ipsuz caput arietis distat a cōmuni sectione orbis signo/
rum ⁊ equatoris versus septētrionez de partibus ipsius
orbis signorū nouē gradibus duodecim minutis ⁊. 24.
scdis fere. Est ergo in tēpore locus intersectionis ꝑdicte
orbis signoꝝ mobilis ⁊ equatorum super. 20. grad. 48.
minuta. ⁊. 15. 2. signi piscium ⁊ alia sectio opposita sup cō
similem partem virginis. Cumqꝫ caput Arietis mobi/
lis erit super punctū quarte septētrionalis parui circuli
ab equatore: ⁊ ipsa erit de partibus orbis signorū mobi/
lis decem grad. ⁊. 45. m̄. pisciū ⁊ sectio opposita super cō
similem partē virginis. At vo cum caput Arietis mobi/
lis fuerit ab equatore accedens ad partem septētrionis:
tunc intersectio predicta erit in ipso capite: deinde conti
nuo eo facto septētrionali ab equatore cecidit sectio ꝑ
dicta in vltimo gradu piscium eoqꝫ facto magis septen
trionali cecidit super penultimū: ⁊ sic deinceps per singu
la puncta que sunt a fine pisciū vsqꝫ ad punctū qui ter/
minat. 19. gra. ⁊. 15. minuta ipsius signi: et hic est vltimus
pūctus meridionalis in orbe signorū mobilis qui potest
fieri punctus equalitatis vernalis. Idē intellige de par/
tibus vginis oppositis et de equalitate autūnali. ab hoc
pūcto aūt q̄rte septētrionalis nō cessabit caput Arietis
mobilis moueri in altera q̄rta septētrionali equatoris:
⁊ itersectio predicta orbis signorū mobilis ⁊ equatoris
non cessabit redire successiue cōtinuo ꝑ ꝑdictas ptes signi
pisciū ad caput Arietis mobilis: donec caput Arietis fiat
in sectiōe parui circuli ⁊ equatoris: ⁊ erit ēt tūc in sectio/
ne orbis signoꝝ ⁊ equatoris. Ipsum enim caput erit tūc
cōmunis differētia duarū predictarū sectionuz. Idez in/
tellige de motibus capitis Libre in quarta meridionali
opposita versus equatorē: ⁊ de continuo reditu interse/
ctionis opposite orbis signoꝝ mobilis ⁊ equatoris ad ca
put libre. Postea rursus caput arietis mobilis incipiet
fieri meridionale ab equatore ⁊ secabit orbis signorum
mobilis equator in ꝑmo gradu arietis ⁊ caput libre: tūc
fiet septētrionalis ⁊ erit opposita sectio in primo gradu
dunt vnam lunationem τ dimidiam. hoc est. 45. minuta vnius diei quantū videlicet primi. 19. anni diminuebant. Adequatur igitur. 19. annis diminutio primorum. 19. cū additione ter. 19. cōsequentiū. Et si multiplicaueris. 124. lunationē. 30. dierū que sunt in. 19. annis primis per 30. in lunationes. 29. dierū que sunt in eisdem annis per 29. τ piunxeris pdicta habebis. 6939. dies qui sūt in. 19. annis nostris habentibus tm̄. 4. bissextos. Unde pdicte lunationes adequant̄ pcise diebus. 19. annoꝝ primorum. Simulr quoqꝫ si multiplicaueris. 125. lunatiōes. 30. dierum que sunt in singulis ter decē τ nouē annis sequētibus per. 30. τ. 110. lunationes. 29. dierū que sunt in eisdem annis per. 29. τ cōiunxeris pducta habebis. 6940. dies qui sunt in. 19. annis nostris habētib⁹. 5. bissextos. Patet igit̄ ꝙ lunatiōes per singulos ciclos nostros. 19[cu] predicto mō disposite adequant̄ pcise dieb⁹ ipsoꝝ cicloꝝ. Et ꝙ ipse lunationes. 4. cicloꝝ cōtinue sumptoꝝ recōpensant adinuicē suas diminutiones cum suis excessibus. Unde ciclus. 76. annoꝝ nostrorū est corrector errorum accidentium singulis ciclis decēnouēnalib⁹.

¶ Ostendit in genere qualiter in ciclo decēnouēnali seu epactarū sint. 7. anni embolismales. Cap. XX.

Ut aūt predicta clarius pateāt alius inchoemus. dico igitur si lunatio nostra equalis constaret precise ex. 29. diebus τ dimidio: semper faceret cōputista vnā lunationē. 30. dieꝝ τ aliā. 29. Id qḋ singule bine τ bine cōtinerent. 59. dies qḋ esset tēpus lunationū sine augmēto vel diminutione. Et cō starēt. 12. lunationes ex. 354. diebus sicut annus ar ibū nō bissextiles τ esset tēpus duaꝝ lunationū minimū tēpus reducēs lunationes eq̄les ad psimile tēporis initiū. Dico iterū ꝙ si cū hoc annus noster nō excederet. 354. dies qḋ est tēpus. 12. lunationū pdictarū semp hēret luna eandez etatē in singulis annis per kalēdas singloꝝ mēsiū relatiuoꝝ. ¶ Nūc aūt lunatio eq̄lis excedit. 29. dies τ dimidiū in q̄ntitate superi⁹ demōstrata: τ annus noster nō bissextilis excedit predictas. 12. lunationes (quarū singule bine τ bine cōstat ex. 59. dieb⁹) in. 11. dieb⁹ τ bissextilis excedit illas in. 12. Nihil minus tamē cōputiste vident ꝙ in vna anno nostra siue bissextilis fuerit siue nō cōpleret̄ nisi. 12. lunatiōes vnicuiqꝫ mensi attribueret suā lunationem alternantes eas per. 30. τ. 29. ita ꝙ vnicuiqꝫ mēsi imparis ordinis vt primo tertio τ sic deinceps dederunt lunationē. 30. dierū vnicuiqꝫ vo paris ordinis vt 2° 4° τ sic deinceps dederunt lunationem. 29. dierum. vnde versus. Impar luna pari par fiet impare mēse. Excepto ꝙ in quolibet anno bissextili faciunt lunationem Februarij. 30. dierum: vt sicut in ipso anno superaddit̄ vnus dies illi mēsi ita ēt superaddit̄ lunationi dies vnus: τ tunc erunt tres lunationes continue. 30. dierum videlicet Januarij Februarij τ Martij. Et qꝛ vna lunatio potest inchoare in vna mense τ finire in alio: voluerūt vt quelibet talis a fine suo sortiret̄ denominationē τ dixerunt eā esse illius mēsis in quo terminat̄. vnde versus. Mensi luna dat̄ cui fine suo sociat̄. Et iste sunt regule generales de q̄ntitatibus lunationū τ earū ordine τ denominatiōe. Et istas lunationes vocamus cōmunes: τ annū nō habentē plures lunationes vocamus etiā annū cōmunē. Qnādoqꝫ eni cōtingit ꝙ annus noster habeat. 13. lunationes videlicet. 12. cōmunes pdictas τ vnā extraordinariā quā vacant embolismalē vt infra patebit: τ opꝫ semper eā esse 30. dierum: qꝛ impossibile sit tēpus. 13. lunationū in vno anno nostro cōpleri. Cū enim dictū supra Lunatio sit illius mensis in quo finit̄: qn̄ cūqꝫ lunatio aliqua incipiat ante kalendas Januarij erit illius anni (quē ipse Januarius cui dicta lunatio attribuit̄) inchoat. Quia ita qꝫ Januariū sequunt̄ sex menses pares quoꝝ oium lunationes ordinarie excrescūt in sūmā. 174. dierū: τ qn que impares quorum omniū etiam ordinarie lunationes excrescunt in summam. 150. dierum. ¶ Et qꝛ oēm lunationem extraordinariā superadditam que nulli mēsi attribuit̄: sed embolismalis vocat̄: opꝫ esse. 30. dierum qui oēs dies simul faciunt. 354. hos autē excedit annus noster in. 11. diebus. Necesse est vt omnis annus in quo lunatio Januarij terminat̄ in aliquo suoꝝ primoꝝ. 11. dierū habeat. 13. lunationes. In hoc eni casu tēpus anni qḋ remonet post finē lunationis Januarij nō pōt eē minus. 354. dieb⁹ qui sufficiūt lunationibus ordinarijs. 11. mensiū sequentiū τ vni embolismali ꝯtinētiū dies: nec est possibile vt in aliquo anno in quo lunatio Januarij terminet̄ vbicūqꝫ post duos dies sint. 13. lunatiōes. Esto eni ꝙ terminet̄ in. 12. dies eius qḋ tā sin nostras suppositiones vnq̄ꝫ cōtinget. ¶ Si itaqꝫ nō fuerit bissextilis nō restabūt de toto anno nisi. 353. dies q nō sufficiūt. 12. lunationibus sequētibus ordinarijs τ vni embolismali. Si aūt fuit bissextilis: tūc restabūt de toto anno. 354. Sed qꝛ tūc lunatio Februarij auget̄ in vno die ꝯstat ꝙ ipsi nō sufficiunt lunationibus. 11. mensiū sequentiū Januarij τ embolismalis. Sed si possibile est ꝙ lunatio Januarij in vltimo anno cicli. 19. terminaret̄. 12. dies ei⁹ haberet annus ille necessario. 13. lunatiōes. Eo ꝙ in anno illo lunatio Julij diminuit̄ vno die ppter saltū lune vt infra patebit melius: nunc aūt semper in predicto vltimo anno cicli terminat̄ lunatio Januarij q̄si in vicesimo. Patet igit̄ quādo possibile est annū habere. 13. lunationes: τ quādo nō τ que sit causa hui⁹. patet etiā ꝙ omnis annus in quo lunatio Januarij terminat̄ in aliquo suorum prioꝝ. 11. dierū est embolismalis τ nullus alius τ que sit causa huius. Et qꝛ in singulis ciclis. 19[cu] hoc accidit septies tamē scilicet in 2° anno ipsius in quo lunatio Januarij terminat̄. 11. die ei⁹: τ in anno q̄nto in quo pdicta lunatio terminat̄. 8. die eius: τ in. 8. in quo predicta lunatio terminat̄ q̄nta die eius. Et in vndecimo in quo lunatio pdicta terminat̄ 2° die eius. Et in. 13. in quo lunatio predicta terminat̄. 7. die eius. Et in decimonono in quo lunatio predicta terminat̄ quarta eius sequitur ꝙ in ciclo. 19[cu] predicti. 7. anni τ soli embolismales.

¶ De epacta l gīse τ de regularib⁹ Lunarib⁹. Ca. XXI.

Quoniā autē quilibet annus noster excedit vt dictum est. 12. lunationes in. 11. diebus tm̄ etiam si fuerit bissextilis. Eo ꝙ tūc lunatio cōmunis Februarij auget̄ vno: τ fit. 30. dierum. Necesse est vt etas lune in kalēdis singulorum mensiū cuiuslibet anni addat. 11. super etatez suam quā habuit in kalendis singulorum mēsium relatiuorum anni proximo precedētis. Et excremētum prouenīēs ex istis. 11. diebus in quibus annus noster excedit 12. lunationes cōmuniter qui sunt causa variatiōis etatis lune in quibuslibet relatiuis diebus diuersorum annorum vocant cōputiste epactam: quasi epiauctam ab epi. qḋ est supra τ aucta: qm̄ intātū auget̄ annus noster super lunationes cōmunes τ etas lune in kalēdis cuiuslibet mensis super etatem suam in kalendis eiusdē mēsis anni pximo pcedentis. Et numeros etatis lune quā habuit in kalendis singulorum mēsium in primo anno fundationis cicli epactarum vocant regulares lunares: regulares quidē qm̄ ipsi cū epacta cuiuslibet anni sunt regula ad inueniendū etatez lune in kalendis singuloꝝ mēsiū: lunares vo ad differētiam solarū de qbus dictū

est ꝙ per ipsos inueniunt̃ ferie kalendarũ singulorum mensium. Inceperunt autem ciclum epactarū ⁊ formationem regulariū lunariū a Septēbri ⁊ ciclū.19.⁊ aurei numeri a Januario proximo sequente quemadmodum veteres ibidē īceperūt ciclū lunarē quo ipsi vtebant̃: cuius loco nos ciclū.19.accepimꝰ vbi ipm ad dēpritatē dnominatiōibꝰ cū ciclo epactarꝫ reducemꝰ. ¶ Ciclus.n.lūnaris icipiebat tribꝰ annis post ciclū.19ni q̄ nūc vtimur millaqꝫ alia est dīntia iter eos. Quare manifestū est ꝙ p̄miꝰ annus cicli lunaris erit quartus annus cicli epactarum. Ideoqꝫ oportuit vt haberet.3.pro epacta vt inferius parebit. Unde ciclus epactarū icepit.4.mensibꝰ ante ciclū 19ni ⁊ aurei numeri. Ideoqꝫ totū tēpus quod est in istis quatuor mēsibus est plus vno in ciclo epactarū q̄ꝫ in ciclo.19ni ⁊ aurei numeri. Totum aūt qd̄ est in octo mēsibus sequētibus hoc est a kalēdis January vsqꝫ ad kalēdas Septēbris ꝑximi sequentia est in simili vtriusqꝫ. ¶ Fuit aūt in p̄mo fundatiōis anno cicli epactarū luna quinta in kalēdis Septēbris. Ideoqꝫ ēt quinta in kalēdis Octobris: ⁊ septima in kalēdis Nouēbris. Itēqꝫ septimā in kalēdis Decēbris: ⁊ nona in kalēdis January: ⁊ decima in kalēdis February. Itēqꝫ nona in kalendis Marty: ⁊ decima in kalēdis Ap̄lis: ⁊ vndecima in kalēdis May: duodecima vō in kalendis Juny: ⁊ q̄rtadecīa in kalēdis Augusti. Unde regulares lunares singulorꝫ mensiū per ordinē sunt isti: Septēber.5.October.5.Nouēber.7.Decēber.7.Januarius.9.Februarius.10.Martius.9.Aprilis.10.Maius.11.Junius.12.Julius.13.Augustus.14.quos de facili inuenies per regularē Septēbris hoc mō. Regularē Septēbris iūgecū numero dierꝫ eiꝰ ⁊ a toto collecto subtrahe numerū dierū lunatiōis eius ⁊ qd̄ residuū fuerit erit regularis Octobris. Cōsimili ratione per regularē Octobris inuenies regularē Nouembris. Et simpliciter per regularē cuiusli bet mensis ꝑximi sequētis. Hos aūt numeros retinent cōputiste ꝑ hos vsus. Estuat esuryt grām granat igne kalēdas. Igne kalēdarū lucet mihi noīs ordo. In istis versibꝰ sunt.12.dictiones.12.mēsibꝰ anni deseruiētes per ordinē p̄nꝰ sūpto Septēbris: ⁊ quota fuerit p̄ma littera cuius dictionis in alphabeto totus erit regularis illiꝰ mēsis cui dictio queqꝫ deseruit. ¶ Ex istis aūt vndecim diebꝰ in qbꝰ qlibet annus noster excedit.12.lunationes cōmunes quos epactam vocari diximus faciūt cōputiste in.19.annis.7.lunationes quas embolismales.i.superexcrescentes vocāt. Et ꝙ ex superexcrescentes dierū anni nr̄i sup suas lunationes cōmunes aggregent̃. Si eni p̄dicti.11.dies.19.vicibus sumantur fiunt.209.dies qui faciunt.7.lunationes quālibet videlicet.30.dierꝫ vna earū excepta cui deficit dies vnus. Et ex his veniunt septē lunationes embolismales quas faciūt cōputiste in singulis.19.ānis nr̄is. Et vt omnes sint similes in quātitate dierū surripiunt in vltimo anno cicli diē vnum a lunatione July: eumqꝫ addūt vltime lunationi.7.embolismaliū p̄dictarū que erat tm̄.29.dierū fitqꝫ in anno illo lunatio July.29.dierum que deberet esse.30. Et huiꝰ subtractionem vnius diei a lunatione p̄dicta vocāt cōputiste saltū lune: eo ꝙ luna a penultima die lunationis July vltima die ipsius lunationis omissa saltū fecerit in primaꝫ diem lunationis Augusti. Locus vō istius subtractiōis que dicit̃ saltus lune est.4.kal'. Augusti. ibi eniꝫ lunatio July est.29. dierū in vltimo anno cicli ⁊ incepit lunatio Augusti eodem anno 3° kalendas ipsiꝰ. vñ sup.4.kalēdas Augusti solet in kalēdarys scribi. hic fit saltus lune.

¶ De generatione epactarū per singulos annos cicli: ⁊ excessu dierū anni solaris sup dies.12.lunationū cōmuniū ⁊ lunationum embolismalium ex epactis earūdem lunationum in annis cicli ⁊ mensibus anni ⁊ diebus mensis conuenienti in tempore. Cap. XXII.

EPactarū aūt generatio per singulos annos cicli earū ⁊ p̄dictarū.7.lunationum embolismaliū est h̄ mō. ¶ Primꝰ annus cicli epactarū qꝛ nullus annus ipm precesserat cuius dies excederēt dies.12.lunationū cōmuniū nihil habuit pro epacta. ¶ Scd̄s aūt habuit.11.dies ꝑ epacta in qbus dies p̄mi anni excesserunt dies suarū.12. lunationū cōmuniū. ¶ Tertiꝰ vō habuit.22.pro epacta qui fuerūt excrementū duorū annorū p̄teritorꝫ ⁊ ipso 3° anno excrescunt etiā vndecim dies qui iuncti.22.prioribus faciūt.33. Ideo ꝙ in ipso 3° anno fit vna lunatio embolismalis.30.dierū que incipit in 3° anno cicli epactarꝫ ⁊ in 2° cicli.19ni 4° nonas Decembris ⁊ terminat̃ vltimo die eius. Et accidit ꝙ due lunationes ꝯtinue sūt.30. dierū videlicet hec lunatio embolismalis ⁊ lunatio January sequētis. Et si bissextus fuerit erunt.4.s.due p̄dicte ⁊ lunationes February ⁊ Marty. Et remanēt de p̄dicto excremento tm̄ modo.3.dies pro epacta anni quarti. In ipso quoqꝫ 4° anno excrescūt ēt dies.11.qui iuncti.3.diebus p̄dictis faciūt.14.pro epacta anni quinti. Istis rursus.14.si iungant̃ duobꝰ diebꝰ qui excrescunt in anno 5° fiunt.25.pro epacta anni sexti. In ipso quoqꝫ 6° anno excrescunt vndecim qui cū.25.poribus faciūt.36. Ideoqꝫ in sexto anno cicli facimus vnā lunationē embolismalem.30.dierū que incipit.4.nonas Septembris in sexto anno cicli epactarū ⁊ in quinto cicli.19ni ⁊ finit̃ in kalēdis Octobris. Et accidit duas lunationes cōtinuas esse 30.dierū videlicet lunationeꝫ Septēbris ⁊ embolismalis p̄dictā: ⁊ remanēt sex pro epacta anni septimi. Rursus in ipso septimo anno excrescūt duos dies qui iuncti cum sex prioribus efficiūt.17.qui est epacta anni octaui. In ipo aūt octauo similiter excrescūt vndecim dies: qui iuncti.17.p̄dictis faciunt.28.dies excrescentes in anno octauo quibꝰ ad cōplementū vnius lunationis embolismalis nō deficiunt nisi duo dies quos accipimꝰ mutuo de diebus superexcrescentibus in anno ꝑximo sequēti ⁊ facimus in ipso octauo vnā lunationē embolismalē.30. dierꝫ que incipit pridie nonas Marty in octauo anno vtriusqꝫ cicli ⁊ terminat̃ pridie nonas Aprilis ⁊ accidit duas lunationes continuas esse.30.dierū videlicet lunationē Marty ⁊ embolismalē p̄dictā. Et si bissextꝰ fuerit erūt.4.s.due p̄dicte ⁊ lunationes January ⁊ February p̄cedētes. Et accidit etiaꝫ ꝙ tres lunationes terminant̃ extra suos menses videlicet lunatio Aprilis que terminat̃ 5° nonas May: ⁊ lunatio May que terminatur 4° nonas Juny. Et lunatio Juny que terminat̃ in kalēdis July. ¶ Et qꝛ isti lunatiōi embolismali dauiꝰ duos dies mutuatos ab anno sequēti plus q̄ꝫ hēat de excremento. Idcirco proprie loquēdo nono anno sequenti deficiunt duo dies ꝑ epacta. Quia tm̄ quo ad ista excrementa que causant lunationes embolismales quarum quelibet est 30.dierum idem est deficere in duobus diebꝰ ⁊ abūdare in.28. idcirco nonus annus.28.habuit pro epacta: ⁊ decimꝰ habuit.9.⁊ vndecimꝰ.20. ¶ Et qꝛ vndeciꝫ dies ipsiꝰ vndecimi anni cū viginti p̄dictis faciūt.31. Ideo ex.30. diebus in ipso vndecimo anno fit vna lunatio embolismalis que icipit 3° nonas January ⁊ in.11°.anno vtriusqꝫ ⁊ finitur in kalendis February. Et accidit duas lunatiōes ꝯtinuas eē.30.dierū videlicet lunationē January ⁊ hāc embolismalē. Et si bissextꝰ fuerit erūt.4.s.due predicte ⁊ lunationes February ⁊ Marty. Et accidit etiaꝫ ꝙ due lunatiōes terminant̃ extra suos mēses videlicet

lunatio Februarij que terminatur 6° nonas Martij. Et lunatio Martij que terminat in kalēdis Aplis ꝛ remanet vnus pro epacta anni duodecimi. Annus aūt tertiusdecimus habet. 12. pro epacta: ꝛ q̄rtusdecimꝰ. 23. Quibꝰ si iungamus vndecim dies q̄ in ipso excrescūt fiūt. 34. Ideoqꝫ in ipso quartodecimo anno facimus vnam lunationem embolismalem. 30. dierū que incipit quarto nonas Nouembris in. 14.° anno cicli epactarū ꝛ in. 13° cicli. 19. ꝛ finit in kalendis Decēbris. Et accidit duos lunationes continuas esse. 30. dierū videlicet lunationem Nouēbris ꝛ embolismalē p̄dictā ꝛ remanēt. 4. pro epacta anni quindecimi. Et fiunt. 15. epacta anni decimisexti. Et viginti sex epacta decimiseptimi. quibus si iungamus. 11. qui in ipso excrescūt fiunt. 37. de q̄bus facimus in ipso vnā lunationē embolismalē. 30. dierū que icipit 4° nonas Augusti in. 16. anno vtriusqꝫ cicli ꝛ finit 2° kalēdas Septēbris. vnde hec embolismalis tota cadit in 16. anno cicli epactarū. Quia tñ lunatio Augusti est vltima lunatio cuiuslibet anni cicli epactarū. Ideo computista istā embolismalē attribuit. 17. anno ipsius cicli q̄si finita lunatioe Augusti lunatio seq̄ns sit p̄ma seq̄ntis anni. Et accidit duas lunationes ɔtinuas esse. 30. dierū videlicet embolismalē p̄dictā ꝛ lunationē Septēbris: ꝛ remanet. 7. epacta anni decimioctaui. Fiūtqꝫ. 18. epacta anni deciminoni. Qui iuncti cū vndecim in ipso excrescentibꝰ fiunt. 29. Istis rursus si addat̄ dies vnus subtractꝰ de lunatiōe Julij fiunt. 30. ex q̄bꝰ in ipso decimonono fit vna lunatio embolismalis que incipit 3° nonas vtriusqꝫ Martij in. 19. Martij vtriusqꝫ cicli ꝛ finit 3° nonas Aprilis. Et ɔtingit duas lunationes cōtinuas esse 30. dierū. videlicet lunationē Martij ꝛ embolismalem p̄dictā. Et si bissextus fuerit. 4. s. lunationes Januarij ꝛ Februarij ꝛ due p̄dicte. Et accidit ēt q̄ due lunationes terminant̄ extra suos menses. videlicet lunatio Maij que terminat̄ in kalēdis Junij. In isto v̄o vltimo anno cicli epactarū nihil ex istis superexcrescentijs relinquit̄ superfluū aut diminutū quapropter p̄rimꝰ annus seq̄ns erit prorsus similis p̄mo istoꝝ. 19. ꝛ secūdus secūdo. ꝛ sic de ceteris. ¶ Quia ḡ ōis diuersitas gn̄ōnis epactarū cōplet̄ p̄cise in. 19. annis nr̄is. Idcirco. 19. anni nr̄i ɔstituūt ciclū epactarū ꝛ sunt numeri p̄dicti epacte singulorum 19. annoꝝ cicli eoꝝ per ordinē suptoꝝ. Et manifestuꝫ est ēt q̄ in illis. 19. annis cicli epactaruꝫ sūt. 7. anni embolismales videlicet tertius ꝛ sextus octauus ꝛ vndecimus ꝛ quartusdecimus decaseptimus ꝛ decanonus: quoꝝ singuli super lunatiōes cōmunes addunt singulas lunationes. 30. dierū aggregatas ex solis excrescentijs duoꝝ dieꝝ anni nr̄i sup dicto lunationū cōmuniū ꝛ ex vno die que subtrahunt̄ in vltimo anno cicli p̄dicti a lunatiōe Julij. Et p̄cedūt de vno gn̄ōnes p̄dictarū. 7. lunationuꝫ embolismaliū ꝛ interpositiones. Errores quoqꝫ qui ex p̄dictis sequunt̄ in alijs. 19. annis seq̄ntibꝰ cū suis paribus epactis penitus sint in p̄dictis. 19. Quotus aūt annꝰ cicli epactarū sit embolismalis retinēt cōputiste p̄ hūc versuꝫ. Christus factus hō leuat oīa reddita throno. In hoc versu sunt septē dictiones septē annis embolismalibus cuiusqꝫ cicli per ordinē deseruiētes. Et quota fuerit p̄ma littera cuiusqꝫ dictionis in alphabeto totꝰ annꝰ ipsiꝰ cicli erit embolismalis ꝛ erit ille embolismalis in eo ordine. 7. embolismaliū in quo erit supta dictio in ordine ipsarū dictionū. Ampliꝰ aūt in quo mēse iterponat̄ quelibet lunatio embolismalis ꝛ in quo die ipsius mensis incipiat retinēt per hūc v̄suꝫ. Mobilis ibo cistis acer liber habeto coeuū. In hoc ēt versu sunt septē dictiōes septē lunationibꝰ embolismalibꝰ cuiuslibet cicli per ordinē deseruiētes. Et interpoꝰit̄ quelibet illarū lunationū embolismaliū in toto mēse anni quota fuerit prima lr̄a dictionis ipsam lunationem significantis in ordineꝫ alphabeti ꝛ incipit ipsa lunatio tota die ipsius mensis quota etiam p̄ma littera eiusdē dictionis est in alphabeto. Nulla aūt fuerunt loca conuenientiora interpositioni dictarū septē lunationum embolismalium q̄ꝫ predicta: quoniam si alibi vbicunqꝫ interponerentur in kalendario plures errores acciderent.

¶ Qualiter quatuor cicli. 19ⁱᵉˢ ɔtinui cōpensant suos excessus cum suis diminutionibus. Cap. XXIII.

Manifestū est igit̄ ex p̄dictis q̄ in quolibet ciclo epactarum. 19. annos nr̄os ɔtinente sunt vltra lunationes communes. 7. lunationes embolismales quarū quelibet continet. 30. dies. Insup manifestū est q̄ in quolibet ciclo epactarū lūatio Julij que debet hr̄e regulariter. 30. dies sit semel. 29. dierū tm̄. Rursus ēt manifestū est in q̄libet anno bissextili lunatio Februarij que debet hr̄e regulariter tm̄. 29. dies sit. 30. dieruꝫ. Cum aūt aliq lunatio cōmunis que debet eē. 30. dierū sit. 29. q̄ēadmodū lunatio Julij accidit ex hoc vt numerus lunationū communiū: que erat. 29. dierū excedāt numerū lunationum cōmuniū que erāt. 30. dieꝝ in duabꝰ lunationibꝰ. Cū eni tot eēnt lunatiōes cōmunes. 30. dierū quot. 29. si vna ex illis que erat. 30. dierū sit. 29. augent̄ ille que sūt. 29. dierum in vna. Et ille que erāt. 30. dierū minuunt̄ in vna. Quare differētia earū ad illas sunt due lunationes. Cū in omni anno in quo est saltus lune: lunatiōes cōes. 29. dierū sunt plures q̄ꝫ lunationes. 30. dierū duabꝰ lunationibus. Similr̄ quoqꝫ si lunatio cōis que debet esse. 29. dieruꝫ tm̄ fiat. 30. q̄ēadmodū lunatio Februarij in q̄libet anno bissextili accidat ex hoc q̄ numerꝰ lunationū cōmuniū. 29. dierū duabꝰ lunationibꝰ eo q̄ hee diminuūtur in vna: ille v̄o augent̄ in altera. Sūmamus igit̄ quatuor ciclos. 19. annoꝝ ɔtinue sic inuicē seq̄ntes ꝛ hēant p̄muꝫ coꝝ tm̄ nō. 4. annos bissextiles. Necesse itaqꝫ vt quilibet annoꝝ triū hēat q̄nque: q̄r igit̄ lunatio Februarij in p̄mo istoꝝ cicloꝝ hēt q̄ter. 30. dies videlicet semel in quolibet anno bissextili. Manifestū est q̄ ipsa facit vt lunationes cōes. 30. dierū que sunt in illo ciclo excedāt lunationes cōes. 29. dierū que sunt in eodeꝫ in. 8. lunationibꝰ. At v̄o q̄ñ lunatio Julij fit in vltimo anno cuiuslibet cicli. 29. dierum per saltū lune que deberet esse 30. dierū cōstat q̄ ipsa facit vt lunationes cōmunes. 30. dierū diminuāt in illo ciclo de lunationibus cōibus. 29. dierū duas lunationes. igit̄ oēs lunationes totius p̄mi cicli que sunt. 30. dierū excedūt oēs lunatiōes cōmunes eiusdē cicli que sunt. 29. dierū in sex lunationibꝰ supradictis. itaqꝫ septē lunationibꝰ embolismalibꝰ que sunt in eodē q̄rarū quelibet est. 30. dieruꝫ fient oēs lunationes 30. dierū que sunt in p̄mo ciclo plures oibus lunationibus. 29. dierū que sunt in eodeꝫ ciclo in. 13. lunationibus. Sed oportebat eas esse plures. 14. lunationibꝰ ꝛ medietate vnius vt p̄bauimus supra. In hoc itaqꝫ p̄mo ciclo accidit lunationibꝰ. 30. dierū error diminutus in vna lunatione ꝛ dimidia in. 45. m̄. vnius diei. Quilibet v̄o triū cicloꝝ ɔseq̄ntiū habet. 5. annos bissextiles: igit̄ lunatio Februarij habet in quolibet ipsorū quinques. 30. dies videlicet semel in q̄libet anno bissextili: facit itaqꝫ quelibet lunatio Februarij in quolibet ipsoruꝫ trium ciclorum q̄ lunationes cōmunes. 30. dierum excedant lunationes. 29. dieruꝫ in. 10. lunationibus. Lunatio aūt Julij vltima in quolibet ipsoꝝ cicloꝝ facit vt lunationes. 30. dierum diminuant a lunationibus cōmunibꝰ. 29. dierū

duas lunationes per saltū lune. ¶ Igit̃ in singulis istoꝝ triū cicloꝝ lunationes cõmunes.30.dierū excedūt lunationes cõmunes.29.dierū in.8.lunatiõibus: superadditis igit̃.7.embolismalib⁹ erūt in quolibet dictoꝝ triū.15. lunatiões.30.dierū plures q̃ꝫ sint lunatiões.29.dierum. Sed oportebat in quolibet ciclo essent plures tm̄mõ in 14.ꝛ dimidia. ¶ Ergo i q̃libet istoꝝ triū cicloꝝ accidit lunationib⁹.30.dierū error additus in medietate vnius lunationis hoc est in.15.m̄.vnius diei. Quare opꝫ vt in ipsis tribus ciclis simul iūctis accidat lunatiōib⁹.30.dierum error in vna lunatiõe ꝛ dimidia hoc est in.45.minutis vnius diei.igit̃ error additus in istis tribus ciclis posteriorib⁹ simul iunctis est eq̃lis pcise errori diminuto parui cicli. ¶ Cõstat itaqꝫ ꝙ qntū pm⁹ ciclus habēs tātūmõ.4.annos bissextiles minuit de cõpensatiõe excessus suarū.235.lunationes eq̃liū sup totidē lunatiões 29.dierū ꝛ dimidij:qnã cõpẽsationē oportebat fieri per pluralitatē lunationū.30.dierū in ipso ciclo sup lunationes.29.dierū in eodē tm̄ tres cicli cõtinue sequētes in simul sumpti quorūlibet quilibet hẽt quinque annos bissextiles addūt sup cõpensationē excessus. ¶ Cõstat q̃qꝫ ꝙ lunationes.30.dierū quas facimus in eisdē in.58.lunationibus.nã in pmo ciclo habēte tãtūmodo.4.annos bissextiles excedunt.15.que ter.15.iuncte cū.13.pmi cicli pdictis faciūt.58.qȯ oportebat fieri vt supra demõstrauimus ad plenã cõpensationem oium minutoꝝ in qbus 940.lunatiões nostre equales que sunt in.76.annis nostris excedunt totidē lunationes.29.dierū ꝛ dimidij.De excessu igit̃ minutoꝝ pdictoꝝ eiusqꝫ cõpẽsatiõe pdicta sufficiãt:nũc aũt ad ciclū epactarū redeamus.

¶ De inueniēda epacta in singulis annis. Cap. XXIIII.

Dico itaqꝫ ꝙ cū pdicta generatio epactarum augeat predicto mõ per singulos annos cuiusqꝫ cicli earū facile est inuenire epactã cuiusqꝫ anni dati si prius sciuerimus quot⁹ ipse fuerit in ciclo epactarū. Hoc aũt sciem⁹ hoc modo: fuit eni Christus dominus natus in.3.anno isti⁹ cicli de quo dictū est supra qȯ incipit a klendis Septēbris primo precedentis Januarii:s quo incipit ciclus 19.ꝛ aurei numeri. Et fuit natus in 2° anno cicli.19.Conceptus autē fuit in secūdo anno vtriusqꝫ cicli. Ideoqꝫ ꝯstat ꝙ dies natiuitatis ei⁹ fuit.24.dies lunationis embolismalis que interponit̃ in 3° anno cicle epactarū. Et in 2° anno cicli.19.kal.ꝛ aurei numeri de qua dictum est supra ꝙ ipa icipit.4.nonas Decēbris ꝛ finit̃ vltima die eius. ¶ Si igit̃ instãs anni dati fuerit iter kalēdas Septēbris ꝛ kalēdas Januarij anni dn̄i adde.2. Si aũt iter kalēdas Januarij ꝛ kalēdas Septēbris anni dn̄i adde 1. Totūqꝫ aggregatum diuide per.19. Et si nihil fuerit residuū scias te eē in vltimo anno cicli epactaꝝ. Si vȯ aliquid fuerit residuum totus est annus ipsius cicli quãtū fuerit ipsum residuum.

¶ Ad inueniendū quẽlibet annū cicli.19.kal. Notãdū ꝙ si volueris diuidere annos christi per.19.scias ꝙ.1211.sūt diuidēdi ita ꝙ nihil supest.adde ğ residuis annis chr̄i.

Ad ineniēdū aũt annū cicli.19.kal.siue aurei numeri annis dn̄i icipiētib⁹a Januario semper adde vnū ꝛ fac vt pus. Est aũt ꝛ ali⁹ modus īueniēdi epactã anni dati cognito quot⁹ ipse sit in ciclo epactarū.numerent̃ eniꝫ oẽs anni cicli pteriti cõputato ãno cui⁹ epacta querit̃ p tres gradus pollicis sinistre manus. Et sit pm⁹ gradus sūmitas pollicis secūdꝫ nodus ei⁹ medi⁹:terti⁹ nodus iferior. ¶ Cū itaqꝫ vētū fuerit ad annū datū ꝯsidera i quo gradu triū pdictoꝝ hui⁹ cõputator steterit. Et si in primo de ipsis annis deme vnū.si in 2° eisdē adde.9.si in 3° eisdē adde.19. Et qȯ erit tibi residuū aut aggregatū est epacta anni dati.vnde versus. Deme vnū post adde.9.vnū de viginti. Hoc si computatio pdicta stet in pmo gradu deme vnū. Si in 2° adde.9.eisdē si in 3° adde eisdeꝫ vn de viginti.1.19. Considerãt ēt cõputiste ad sciēdū epactã cuiusqꝫ anni quota fuerit luna.11.kal. Aplis. Numer⁹.n. etatis eius in die illo est semp epacta eiusdē anni cuius cã est qm̄ luna in pmo anno cuiuslibet cicle semp est.30. ii kalēdas Aplis. Necesse est igit̃ vt in 2° anno eodē die sit.11.ꝛ in 3°.22.ꝛ sic de ceteris. ¶ Erūt igit̃ hi numeri p ordinē epacte singuloꝝ annoꝝ pmi qdē.30.qȯ idē est ꝙ nulla.secūdi vȯ.11.ꝛ ita deinceps. Et hoc retinēt cõputiste per hos versus. Que tenet vndenas Aplis luna kalēdas. Epacte numerū mõstrat per quēlibet annum. Sed qm̄ epacta variat̃ singulis annis in kalēdis Septēbris ꝯstat ꝙ pdicta dies ꝯtinue sequit̃ dieꝫ variationis epactarū.6.mēsib⁹ ꝛ.21.dieb⁹. Ideoqꝫ nos ꝯuenientius accipim⁹ eãdē regulã a 6° kal. Octobris. Quo eni fuerit luna singulis annis die ista tot⁹ numerus erit epacta a kalendis Septembris proxime pcedētibus per totū annū. Naꝫ semper in vltimo anno cicli.19.kal. est luna.30.die predicta qȯ est in pmo anno cicli epactarūꝫ. vnde vsus. Que retinet senas Octobris luna kalendas. Epacte numerum monstrat per quemlibet annum.

¶ De inuenienda etate lune in kalēdis singulorum mensium per epactam ꝛ regularem ꝛ de instantijs cõtra hec ꝛ de causis instantiarum. Cap. XXV.

Cum igit̃ sciueris epactam anni ꝛ volueris scire etatē lune in kalēdis cuiusqꝫ mensis. Accipe regularē lunarē ipsi⁹ mēsis ꝛ iūge cū epacta anni:ꝛ si aggregatū fuerit.30.vel minus q̃ꝫ.30.ipm ostēdet etatē lune in kalēdis ipsi⁹ mēsis cui⁹ regularē sumpsisti in illo anno cui⁹ epactaꝫ sūpsisti. Si aũt fuerit plus q̃ꝫ.30.ex illis abijce.30.ꝛ residuū ostēdet etatē lune vt prius. habita vȯ etate lune in kalēdis cuius vis mēsis inuenies de facili dieꝫ pmationis ei⁹:nisi eni in ipsis kalēdis fuerit pma:ex etate ei⁹ quã hꝫ i ipsis kalēdis dme vnū ꝛ residuū cõputa p dies pcedētis mēsis a fine ei⁹ ascendēdo. Et in qua die ipsi⁹ mēsis hui⁹ cõputatio terminabit̃ ea die necesse est vt luna fuerit pma. ¶ Pȯt aũt queri cū quedã sint lunationes.29.dierū quēadmodū sunt quedaꝫ alie.30.dierum. Quare ex aggregatiõe epacte ꝛ regularis lunaris si ipm excrescet vltra.30.semper abijciamus.30.nunq̃ꝫ.29.si excrescet vltra vigītinouē. ¶ Ratio hui⁹ ē qm̄ epacta est aggregatio excessus anni nr̄i solaris super.12.lunationes communes. Ex istis autem excessibus fiunt lunationes embolismales.30.dierum cum ad.30.perueniunt:nunq̃ꝫ ex eis fiūt lunationes.29.dierū vt pꝫ ex pdictis. ¶ Premissa autē regula de inueniēda etate lune in tabulis cuiuslibet mēsis per epactã ꝛ regularē mēseꝫ hẽt in toto ciclo epactarū qnqꝫ instantias:quarū.4.ex eis sunt necessarie ꝛ media est ꝯtingēs:qm̄ ipsa excãtur per bissextū ꝛ faciūt singule errorē vnius diei. Sed.4.pme faciūt errorē additū:vltima vȯ facit errorē diminutū. ¶ Sūt itaqꝫ due pme istantie in 8° anno cicli pma earū in kalēdis May 2ª aũt in kalēdis July. Cuꝫ eni epacto octaui anni sit.17.regularis vȯ May sit.11.ꝛ July.13.deberet luna ī kalēdis May eē.28.ꝛ nūc ē nisi.29.vn̄ vsus. Fallit̃ octauo cū Maio Julius anno. ¶ Cã aũt istaꝝ istãtiarū hoc est octauus annus est embolismalis ꝛ incipit lunatio embolismalis.ii.nonas Martij.ꝛ finit̃ 2° nonas Aplis. Que si non esset embolismalis ipsa esset lunatio Aplis. Ideoqꝫ non haberet nisi.29.dies ꝛ oporteret eam

finiri tertio nonas Aprilis: et seqnẽs lunatio inciperet 2° nonas Aprilis: quapropter ipsa eẽt. 28. in kalẽdis Maij. Et erit qz ipsa esset lunatio Maij quã oportet esse. 30. dierum finiretur 5° nonas Maij vbi supposito embolismo finitur lunatio Aprilis que non est nisi. 29. dierum. Lunatio ergo que icipit 4° nonas Maij eẽt lunatio Junij fine esset embolismus que finiret in kalẽdis eius qz oporteret eam habere. 29. dies tm̃ et incipere alia lunatio quarto nonas Junij et esse necessario. 30. dierum in kalẽdis Julij. Sed qz lunatio que incipit q̃rto nonas Maij est lunatio Maij propter embolismũ eũqz esse oporteret. 30. dierum necesse est qz sequens lunatio que erit Junij incipiat 3° nonas ei⁹ eritqz. 29. in kalẽdis Julij. patet itaqz causa predictarum distantiarum in octauo anno cicli. Tertia instantia est contingens in kalẽdis Martij in annis non bissextilibus tm̃ vndecimo anno cicli. Cuz enim epacta illius anni sit. 20. et regulares Martij. 9. deberet luna esse. 29. in kalẽdis Martij et ipsa non est nisi 28. si annus sit bissextilis erit. 29. propter diez bissextilẽ huic lunationi que est lunatio Februarij super additũ. vnde versus. Ni sit bissextus fallit marteum decapruin⁹. Causa autem istius instantie hec est vndecimus annus est embolismalis. Et icipit lunatio embolismalis 3° nonas Januarij finitur in kalẽdis Februarij. Ideoqz lunatio Februarij incipit 4° nonas ipsius quapropter erit 28. dierũ tm̃ in kalẽdis Martij fuerit bissext⁹. Due aũt vltime instantie sunt in vltimo anni cicli prima earum in kalẽdis Maij: secũda vo in klendis Augusti: cum enĩ epacta vltimi anni sit. 18. regularis vo Maij sit. 11. et Augusti. 14. deberet Luna in kalẽdis Maij esse in. 29. et tm̃ est nisi. 28. et in kalẽdis Augusti deberet esse solummõ secunda et ipsa est tertia. vnde versus. Ultimus Augustũ fallit fallit quoqz Maium. Causa aũt istaꝝ instantiarũ hec est vltimus annus cicli est embolismalis et incipit lunatio embolismalis tertio nonas Martij et finitur 3° nonas Aprilis. si enim non esset embolismalis ipsa esset lunatio Aprilis. ideoqz nõ haberet nisi. 29. dies. et oporteret eam finiri 4° nonas Aprilis et seqnẽs lunatio inciperet 3° nonas Aprilis quapropter oporteret eã esse. 29. in kalẽdis Maij: igit̃ lunatio emboltsmalis p̃cedẽs est cã q̃rte instãtie. Rursus in vltimo anno est saltus lune. vnde lunatio Julij non habet nisi. 29. dies que alius haberet 3° ipsa aũt incipit in kalẽdis Julij. finitur igit̃ 4° kalẽdas Augusti seqnẽs ita lunatio icipit 3° kalẽdas Augusti q̃re necessario erit 3° ĩ kalẽdis Augusti. Sed si nõ eẽt saltus lune lunatio lune finiret klendas 3° Augusti. Ideoqz ĩciperet lũatio Augusti. 9. kalẽdas Augusti: q̃re ipsi 2 esset 2ᵃ in kalẽdis ei⁹ ita qz salt⁹ lune fact⁹ in vltimo anno cicli est cã vltime istãtie faciẽtis errorẽ diminutũ.

¶ De inueniendo etate lune in kalẽdis singulorum mensium per tabulam. Cap. XXVI.

Vt aũt ea que dicta sunt de epactis eaꝝqz ciclo et regularib⁹ lunarib⁹ et etate lune in kalẽdis singuloꝝ mẽsiũ per singulos annos cicli pmpti⁹ nobis occurrãt: supposui tabulã vnã habentẽ. 19. lineas lõgitudinis ꝑpter. 19. annos cicli epactarũ et. 14. longitudinis: et posui in p̃ᵃ linea sinistre ptis descẽdente numerũ annoꝝ cicli epactaruz per ordinẽ. In 2ᵃ aũt linea descẽdẽte posui e directo p̃dictoꝝ annoꝝ epactas ꝑprias eis respõdentes: sup reliq̃s aũt. 12. se ꝯsequẽtes addidi duas lineas in quaꝝ suprema scripsi oẽs mẽses anni per ordinẽ incipiens a Septẽbri q̃bus in alia subscripsi singulis suos regulares et addidi singulis epactas. 19. annoꝝ per ordinẽ regularis Septẽbris. Et oĩa aggregata per ordinez remouis. 30. vbicũqz plus euenit scripsi in q̃nta linea descẽdẽte que est sub Septẽbri. Sic quoqz feci de epactis p̃dictis cũ regularib⁹ oium alioꝝ mẽsium per ordinẽ aggregata remouis 30. vbicũqz plus euenit in lineis descẽdẽtib⁹ que singulos mẽses directe respiciũt per ordinẽ subscribẽdo excetis locis. 4. p̃dictarũ ĩstantiarũ p̃marũ. In q̃bus ab aggregato ex epacta et regulari detraxi vnũ et excepto loco vltime istãtie in quo aggregato ex epacta et regulari addidi vnum: et cuilibet predictoruz. 5. locorum subscripsi hoc signum instantie. o. signum instantie vt in promptu appareat locus cuiuslibet instantie et hec est tabula.

Anni cicli epactarũ	Epacte	September	October	Nouember	December	Januarius	Februarius	Martius	Aprilis	Maius	Junius	Julius	Augustus
		5	5	7	7	9	10	9	10	11	12	13	14
1	0	5	5	7	7	9	10	9	10	11	12	13	14
2	11	16	16	18	18	20	21	20	21	22	23	24	25
3	22	27	27	29	29	1	2	1	2	3	4	5	6
4	3	8	8	10	10	12	19	12	13	14	15	10	17
5	14	19	19	21	21	23	24	23	24	25	26	27	28
6	25	30	30	2	2	4	5	4	5	16	7	8	9
7	6	11	11	13	13	15	16	15	16	17	18	19	20
8	17	22	22	24	24	26	27	26	27	27°	29	[illegible]	1
9	28	3	3	5	5	7	8	7	8	9	10	11	12
10	9	14	14	16	16	18	19	18	19	20	21	22	23
11	20	25	25	27	27	29	30	28	30	1	2	3	4
12	1	6	6	8	8	10	11	10	11	12	13	14	15
13	12	17	17	19	19	21	22	21	22	23	24	25	26
14	23	28	28	30	30	2	3	2	3	4	5	6	7
15	4	9	9	11	11	13	14	13	14	15	16	17	18
16	15	20	20	23	22	24	25	24	25	26	27	28	29
17	26	1	1	3	3	5	6	5	6	7	8	9	10
18	7	12	12	14	14	16	17	16	17	18	19	20	21
19	18	23	23	25	25	27	28	27	28	28	30	1	3

¶ Si igit̃ p̃ p̃missam tabulã volueris inuenire epactaz aut etatez lune ĩ kalẽdis cuiusqz per annum cicli epactaruz datuz quere⁹ annũ ipm in linea prima descendente et in directo ipsi⁹ in secunda linea versus dextrã inueniemus epactã ei⁹ i lineis aut cõsequẽtibus per ordinez in directo ei⁹ inueniemus etatem lune in kalẽdis singulorum mẽsiuz ipsius anni dati. E conuerso quoqz per epactam datam aut per etatẽ lune in kalendis cuiusuis mensis datam inuenies annum cicli. Nam vnicuiqz anno ꝑpria respondet epacta. Ideoqz etiã vt propria etas lune in kalẽdis cuiusqz mensis. sicut enim nõ est possibile vt eadem epacta sit diuersorum annoruz vnius cicli: sic non est possibile vt eadem etas lune in kalẽdis alicuius mensis respondeat diuersis annis. Diuersitas nãqz etatis lune i kalẽdis eoridem mensium non procedit nisi a diuersitate epactarum diuersorum annorum.

¶ De aureo numero eiusqz formatione et modo locandi ipsum in kalendario et instantijs contra hec et causis instantiarum. Cap XXVII.

Habet igit̃ luna i kalẽdis cuiusqz mẽsis tãtũ modo. 19. etates omnes ab inuicem diuersas 19. annis cicli per ordinez respondentes. Necesse est itaqz vt. 19. lunationes per kalẽdas cuiusqz mensis in. 19. annis predictis trãseũtes habẽt in ipsis kalẽdis aut in mẽsibus ipsas kalẽdas proximo precedentibus tãtũmodo. 19. principia omnis ab inuicem

adinuicem diuersa que illis.19.annis sint per ordinem respondentia. Sicq3 sunt in toto ciclo.19.tm modo duo/decies.19.lunationes hoc est.228.que habent aliquā etatem in kalendis alicuius mensis. Preter has autez sunt in ciclo predicto alie septem lunationes que post kalendas mensium in quibus sunt incipiunt: et in eodē mense finiunt. Ideoq3 nulla est earū in kalendis alicuius mensis quare etas earū aut ipsarū principium non potest inueniri per epactam et regularē. Et est vna earū in aprili in scdo anno cicli.19^{ni} que incipit.4.nonas eius et finit scdo kalendis may. Alia est in iunio que incipit 4° nonas eius in scdo anno cicli.19^{ni} et finitur.2.kalē.iuly. Tertia est in iulio que incipit sexto nonas eius in octauo cicli et finit 2.kalen.augusti. Quarta est in augusto que incipit q̄rto nonas eius in 6° anno cicli.19^{ni} et finitur duabus kalēdis septēbris. Quinta est in octobri que incipit sexto nonas 5° anno cicli.19^{ni} et finit tertio kalendis nouembris. Due vltime sunt in decēbri. Et incipiunt ambe.4.nonas eius vna quidē in.13.anno cicli.19^{ni}.alia vo in 2° anno ciclico sequētis et finit p̄ma istarū.2.tertio kalendas ianuary. 2a vo scdo kal.eiusdem. Due vo istarū.7.videlz ea que incipit 4° nonas augusti.16° anno cicli.19^{ni}. Et ea que incipit 4° nonas decembris.2° anno ipsius sunt embolismales: sed reliq̄ sunt cōmunes. Predictos autē.19.dies diuersos in singulis mensibus inchoātes.19.lunationes in.19.annis ipsius cicli habētes aliquā etatez in kalēdis alicuius mensis intitulauerūt antiquitus romani per.19.diuersos numeros sumptos ab vnitate per ordinez vsq3 ad.19. Et inceperūt hoc facere eo q2 esset principiū anni. Posuerunt igitur vnitatē in singulis mensibus in directo illius diei in quo quelibet lunatio incipiebat in p̄mo anno cicli.19^{ni} qui incipit in Januario proxime sequēte septēbrem in quo incipit ciclus epactarū. Binariū q̄q3 posuerunt singulis mensibus in directo ipsius icipiebat in scdo anno cicli predicti: et sic deinceps vsq3 in.19.numerum.19.annuz vnde vbicūq3 inueniebant in kalēdario aliquez numerū: sciebant lunam esse primam in die illo in eo anno cicli.19^{ni} qui designabat per illuz numerum. Propterea igitur q2 numerus iste erat admodū magne vtilitatis romani inceperunt scribere ipsum in kalendarys suis aureis litteris q̄ de re dictus est aureus nūerus. Istos autem numeros per tabulam precedentem facile inscribemus kalēdarys hoc modo. Sume per ordinem 19.etates quas habet luna in kalendis February remoue vnum diem qui erit dies kalendarū ipsius et remanebunt dies quos habuit quelibet illarū lunationū de mēse January. Computa ergo tot dies a fine January ascēdēdo quot remanent de singulis etatibus. Et vbi terminabitur residuuz etatis prime in directo eius pone vnū: et vbi residuū etatis secūde in directo eius pone duos: et sic de ceteris. Eruntq3 omnes dies January sic intitulati dies p̄mationis lune per singulos annos cicli.19^{ni} habētium aliquā etatē in kalendis February anno ipsius cicli et numero cicli sibi inuicē respōdentibus. ¶ Postea facies idez de.19.etatibus lune in kalēdis cuiuslibet mēsis et diebus mensis proximis precedēus eruntq3 intitulati omnes dies primationū lune per singulos annos cicli.19^{ni} habentiū aliquā etatē in kalēdis alicuius mensis et restant intitulandi dies primationū septē lunationuz predictarū que nullā habēt etatem in kalendis alicuius mensis. Istos autez septem dies intitulabimus hoc mō septem. Scimus per predicta q2 due istarū sunt embolismales: et quinque cōmunes. Et scimus tam de communibus q̄3 de embolismalibus quot dies habēt quelibet earum. Scimus etiā qua die sui mensis quelibet istarum septez lunationū finiatur. ¶ Numez vo cuiuslibet istarum septem lunationū cōputabimus incipiendo ab vltima die eaz per dies sui mensis ascēdēdo vt vbi terminabitur computatio in directo eius ponemus numeruz qui proximo sequitur vltimuz diem ipsaz accepta vltima predictarū septē a qua q2 sit trāsitus a decembri in Januariū crescit tam annus cicli.19^{ni} q̄3 aureus numerus vnitate. Ideoq3 vbi cōputatio predicta steterit non ponemus trinariuz prout in kalendis January ponitur. Sed binarium quem oporteret poni in kalēdis January si non esset transitus ab vno anno in alium. Sic igit per.19.numeros p̄dictos sepius repetitos intitulati erūt omnes dies nostri anni in quibus est possibile lunā esse primā in perpetuū s̄m positiones cicli.19^{ni}. et manifestū est q2 huius dies non erunt nisi duodecies.19.superadditis eis.7.hoc.235. ¶ Sunt igitur in anno nr̄o.130.dies in quibus non est possibile lunā esse primā in perpetuum: hoc autē habet instantiam in octo diebus qui sunt in Februario post.4.nonas eius vsq3 in locū bisexti in quoz directo nullus numerus ponitur. Nam cum in anno bisextili Lunatio February sit.30.dierū que in anno non bisextili est nisi.29. et cum numeri designantes primationes ipsius positi sint in kalendario s̄m q2 ipsa habeet 29.dies tm̄: necesse in anno bisextili vbicūq3 ipsa terminatur ante locum bisexti q2 ipsa terminetur in illa die in qua signatur primatio lunationis Marty incipiat p̄ximo die sequente. Primum aūt principium q̄d potest hēe lunatio Marty est.3.nonas February. ¶ Lunatio ergo Marty potest incipere in quolibet die qui est a tertio nonas February vsq3 ad locum bisexti in quolz constat esse.8.dies tm̄ quoz in directo nullus numerus ponitur. ¶ Manifestū est eni q2 quecūq3 lunatio February terminatur in anno bisextili ante locum bisexti mētitur aureus numerus in die vno de primatione lunationis Marty. Unde sicut bisextus corrigit errorē epacte et regularis de etate lune in kalendis vndecimo anno cicli: sic faciet errorē in die primationis ipsius quādocūq3 lunatio February terminat ante locū bisexti. ¶ Hunc autem errorez solemus corrigere protrahendo a diebus primationum lunationis qui sunt ante diem bisexti ad diem proximo sequente vt idem numerus in anno non bisextili designet lunam esse p̄mā in directo sui: in anno autem bisextili designet eam esse primaz p̄pter protractam virgulam in die cōsequenti. ¶ Idem quoq3 sine premissa tabula facere possumus. Scimus enim q2 quelibet lunatio regularis regulariter est illius mensis in q̄ finitur. Et scimus quot dierū cuiq3 mensi lunatio debeatur. Scimus quoq3 loca lunationū embolismaliū. et scimus etiā q2 luna habet.10.in kalēdis February in p̄mo anno cicli.19^{ni}. Ponemus igitur vnitatez super.10.kalē. February que significabit lunationē lune in anno p̄mo cicli. deīde computando vnicuiq3 lunationi dies sibi cōuenientes embolismoruz interpositione s̄m prius dicta obseruata procedemus vsq3 in finem cicli ponētes sup singula loca primationū singulos numeros singulis annis cicli in quibus ille primationes erunt conuenientes. ¶ Ad hoc autē inuenta est ars leuior per quā numeroz per quā habito aliquo numero aureo in aliquo certo kalendary loco signato ex ipso omnes aly inueniūtur: addimus enim predicto numero.8. Itemq3 aggregato octo et sic semp. Et omnes numeri sic aggregati abiectis.19. vbicūq3 plus venerit sunt numeri aurei qui scribendi sunt post numerū prepositum s̄m sue generationis ordinem maiores quidem sequentes semper vno die intermisso: minores vo nullo. ¶ Sed si per vltimū numez decem/

bris velis inuenire pmū Ian. opꝫ te loco octo addere. 9. eo ꝙ Januarius sequens in vno anno plus in ciclo. 19ni q̄ȝ decembris antecedens. Conuenientius tamē formabis oēs ab eo qui primus est in ordine dierū anni q̄ȝ ab aliq̄ alio. ¶ Sume ḡ ternariū qui ponit in kalēdis January eo ꝙ tunc est luna prima in tertio anno cicli. 19ni. ei ergo adde octo fiunt. 11. quibus rursus adde octo fiunt. 19. his iterū adde. 8. ⁊ abyce. 19. remanēt quinque. Sicqȝ deinceps quousqȝ habeas ex tali aggregatione ⁊. 19. vbicūqȝ eo venerit abiectione ⁊. 235. numeros quos oēs eo ordine quo proueniunt serua. Ipsi enī omnes ⁊ soli sunt numeri aurei. ¶ Scire tū debes ꝙ vbicūqȝ aureus numerus est maior q̄ȝ duodecim oportet abycere ex eo. 11. vel addere. 8. postea abycere. 19. eo ꝙ. 11. ⁊. 8. faciunt. 19. Deinde scribe eos in kalēdario fm̄ suū ordinē hoc modo. In directo kalendarū January pone. 3. ꝓpter cām predictam: postea pone. 11. in directo tertij loci post ipsum. videlꝫ in directo diei intitulati nonas January. Deide pone. 8. in directo secūdi loci post istū videlꝫ in directo diei intitulati. 8. idus January. Et ita facias de omnibus sequentibus. videlꝫ vt vbicūqȝ maior numerus sequit̄ minorē dimittas vnum locum vacuū sed cōtinua sequētem precedenti. ¶ Prima tū regula de nō cōtinuando maiorē numerum sequentem minori precedēti fallit in. 11. locis kalendarij. primus est 3° nonas Februarij. scd̄s tertio kalendas Augusti. tertius 5° kalendas septembris. quartus q̄nto kalēdas Octobris. quintus 7° kalendas Nouembris. sextus 7° kalēdas Decēbris. septimus 9° kalendas January. In omnibus enim istis locis ponit̄. 19. ⁊ ipsum in medietate p̄cedit vndecim. Octauus est 7° idus Aprilis. nonus 2° nonas Junij. decimus 4° nonas Augusti. In istis enim tribus locis ponit̄. 16. ⁊ ipsum in medietate p̄cedit. 8. vndecimus est. 5. nonas Octobris vbi ponit̄ 13. ⁊ ipsum in medietate precedit. 5. ¶ Scd̄a autē regula de cōtinuādo aūt minorē numerū sequētem maiori precedenti. Fallit in. 7. locis kalēdarij. Primus est in kalendis Augusti. Scd̄s 3° kalē. septēbris. Tertius tertio kalēdas Octobris. Quartus 5° kalendas nouēbris. Quintus 5° kalēdas decembris. Sextus 7° kalendas January. In omnibus enī istis locis ponit̄. 8. ⁊ ipsū precedit. 19. vno die ⁊ medio. Septimus autē q̄rto nonas decembris in cuius directo ponūtur. 13. ⁊. 2. eo ꝙ in die illo luna est prima. 13. anno cicli. 19ni. Et postea. 2. anno cicli cōsequētis. ¶ Sunt igit̄ in toto kalēdario. 18. instantie cōtra regulas predictas. Causa autem quare numero precedenti addimus. 8. ad habendū sequētē ⁊ quare maiorē numerū scribimus in 3° loco. minorē vō in 2°. Et hec due regule habēt instantiam in. 18. locis kalēdarij. hec est. 8. anni nostri cōtinui a quacūqȝ die in kalēdario inchoati vsqȝ ad ipsam deducti habent necessario. 36. lunationes cōes: que si in aliqua ipsarū nō fuerit saltus lune continuant 2832. dies. Et habent insuper. 88. dies qui in octo annis aggregant̄ ex. 11. diebus epactalibus in q̄bus annus noster excedit. 12. lunationes cōmunes. Sunt enī oēs dies octo dierū nostrorū diebus bissextilibus omissis q̄ nec in kalēdario scribunt̄ nec in excessum epactalē veniunt 2920. ¶ Si in aliqua p̄dictarū. 96. lunationū cōiū illorum. 8. annorū fuerit saltus lune: cōstat ꝙ ipse continet tm̄ modo. 2831. dies. Dies ergo. 8. annorū in quibus accidit saltus lune excedunt dies suarū lunationū cōmuniū in. 89. diebus: plu[r]ies enī q̄ȝ semel non est possibile accedere saltum lune in aliquibus annis nostris cōtinuis: eo ꝙ solum accidit in vltimo anno cicli p̄dicti aut. 88. vel 89. dies faciunt in quibuslibet octo annis nostris necessario duas lunationes embolismales integras quas oportet habere. 60. dies: remanēt ergo. 28. vel. 29. quos oportet esse dies lunationis embolismalis: aut alicuius communis. Si enim in. 8. annis assumptis fuerint tres lunationes preterite integraliter qd̄ vt plurimū contigit ꝯstat ꝙ p̄dictos. 28. vel. 29. dies oportet suppleri assumptis diebus vel p̄ncipio tāti anni noui. ¶ Posito ergo ꝙ luna fuerit p̄ma in p̄ria die p̄dictoꝝ. 8. annoꝝ necē est ꝙ elapsis illis. 8. annis sit prima in tertia. post autē in scd̄a in tertia quidē si in ipsis fuerit saltus lune. In scd̄a autē si in ipsis nō fuerit saltus lune. Idē enī si in octo annis predictis fuerint due lunationes embolismales inchoate: nōdū autē finite: accidit autē ꝙ predicti. 28. dies sint lunationis embolismalis inchoate: nōdum autem finite posito p̄ncipio. 8. annorū tm̄modo in quatuor locis kalēdarij. Primus est scd̄o kalēdas Februarij 3° anno cicli. Scd̄s scd̄o kal. decembris q̄nto anno eiusdem. Tertius tertio kalēdas septēbris. 8. anno eiusdem. Quartus q̄rto nonas Aprilis scd̄o anno eiusdē. posito enim initio. 8. annorū nostrorū in quatuor locis predictis accidit eos finire. 28. dies vnius lunatiōis embolismalis que videlicet in eo anno in quo finit̄ itē ponitur. ¶ Qd̄ autē. 29. dies predicti sint alicuius lunationis embolismalis inchoate nōdum autē finite accidit proposito principio octo annorū predictorū tantūmodo in tribus locis kalēdarij. Primus est 2° kalēdas January. 13. anno cicli. 19ni. Scd̄s kalendas Octobris. 16. anno eiusdem. Tertius scd̄o nonas Aprilis. 19. anno eiusdem. Posito enī principio. 8. annorū nostroꝝ in tribus locis predictis accidit eos finiri. 29. die vnius lunationis embolismalis que videlꝫ in eo anno quo finitur interponit̄: in singulis enim istorū octo annoꝝ vltimo sumptorū incidit saltus lune. Si autem non fiunt in predictis. 8. annis nisi due lunationes embolismales ⁊ dies illi. 28. vel. 29. sint alicuius lunatiōis manifestū est ꝙ hec lunatio cōis simulo erit p̄ne predictorū. 8. annoꝝ quā oporteat esse. 30. dierū et idē erit qd̄ prius. Si aūt. 29. necesse est ꝙ elapsis predictis. 8. annis sit luna prima in scd̄a die post aut in eadē. In scd̄a q̄dē si in ipsis non fuerit saltus lune. In eadem vō si in ipsis fuerit saltus lune qd̄ in vnico loco kalendarij contingit scilꝫ 4° nonas decembris vt dictum est supra in instantijs. Eritqȝ numerus designans lunationē istā sactā tertia vel scd̄a post predictā primationē vel ipsa eadē die maior octonario q̄ȝ numerus d̄signās. Habetur ergo numerus sequens per precedētē addēdo. 8. abycianus aūt 19. vbicūqȝ plus venerit. quī nō ascēdit ciclus vltra. 19. annos. ¶ Ad causam discōtinuationis maioris numeri sequētis ⁊ cōtinuationis minoris ⁊ ad cām instantiarū veniamus. Constat autē ex p̄rimo dictis ꝙ in q̄buscūqȝ octo annis nostris cōtinuis a quacūqȝ die in kalēdario inchoatis ⁊ vsqȝ ipsam deductis in q̄bus nō incidit saltus lune. Illi. 28. dies in q̄bus dies ipsoꝝ octo annorum excedunt dies duarū lunationū cōmuniū ⁊ duaꝝ embolismaliū aut sunt alicuius embolismalis preterite aut inchoate aut lunationis cōmunis quam opꝫ esse. 30. dierum: ⁊ in omnibus istis casibus numerus designās p̄matione sequētē ponit̄ tertia die post: aut illi. 28. dies sunt alicuius lunationis cōis quā opꝫ esse. 29. dierū tm̄: ⁊ in isto casu numerus designans primatione sequentem ponitur secūda die post. ¶ Sili etiā cōstat ꝙ in q̄buscūqȝ 8. annis nostris continuis a quacūqȝ die in kalendario inchoatis et vsqȝ ad ipsam deductis: in quibus incidit saltus lune. Illi. 29. dies in quibus dies ipsoꝝ. 8. annorū excedūt dies suarū lunationū cōiū ⁊ duarū embolismaliū sunt aut alicuius embolismalis preterite aut ichoate aut lunationis cōis quā opꝫ eē. 30. dierū: ⁊ ꝙ in oībus

istis

rum variationem. Quanto enim centrũ epici-cli vicinius fuerit opposito augis equãtis: tanto puncta stationũ viciniora sunt opposito vere augis epicicli. Hoc idem tanto magis euenit quanto planeta maiorem epiciclum ⁊ motum argumenti tardiorez habet. Unde ⁊ tempora directionum aut retrogradationum in quantitatibus suis variantur. Exit enim tempus tale cum arcus eius per motũ argumenti planete in vno die diuiditur.


¶ Declarat locũ regressionis planete dicens esse arcũ epicicli residuũ .s. inferiorẽ ab statiõe pma ad secũdã. Termini igit hoꝝ arcuũ pũcta stationũ sunt: qua de re illis variatis variant ⁊ hij: quãto nãq3 stationũ pũcta opposito augis vere magis vicinant tãto directiõis maiorat arc⁹ ⁊ per oppositũ regressionis fit minor: quãto aũt magis ab eodẽ opposito augis illa distant: fit ecõuerso: q2 minorat arcus directionis: ⁊ retrogradatiõis fit longior: pũcta aũt dicta stationũ variant triplici de cã: quarum pma est qua quãto magis epiciclus appropinquat opposito augis equãtis ⁊ ꝯsequẽter terre: tãto pũcta stationũ ꝓpinquiora fiunt opposito augis epicicli: ⁊ maior directionis retrogradationis vo minor arcus habet. vt esto .a. centrũ terre: ⁊ epiciclus ꝓpinquus in .b. remotus vo in .c. situet: ⁊ dicta linea per centra coꝝ a cẽtro terre .a b c d. ⁊ .e. augiũ oppositis existẽtib⁹: lineis quoq3 eos ꝯtingentibus ꝓpinquũ quidẽ .a f. ⁊ .a g. ⁊ remotũ .a h. ⁊ .a i. ⁊ semidiametris epicicloꝝ .b f. ⁊ .c h. erunt anguli .f. ⁊ .h. duorũ triãgulorũ .a b f. ⁊ .a c h. recti ambo per 17. tertij quare .3. petitionẽ pmi elementoꝝ adinuicẽ equales. q per .32. eiusdẽ reliqui duo anguli vni⁹ .b a f. ⁊ .b. equiualent alterius triãguli duob⁹ residuis c a h. ⁊ .c. s3 angulus b a f. maior est angulo .c a h. vt haberi põt ex .21. pmi lineis .a b. ⁊ .a f. breuiorib⁹ existentib⁹ lineis .a c. ⁊ .a h. q̃re angulus .b. per cõem sciam minor restat angulo .c. ⁊ per 25. tertij arcus .d f. minor arcu .e h. sed q2 arcus .d f. ⁊ .d g. (vt ꝓbatũ est) sunt equales: ⁊ similr .e h. ⁊ .e i. per cõem sciam arcus .f d g. regressiõis minor est q̃3 .h e i. ⁊ ꝯsequẽter pũcta .f. ⁊ .g. viciniora sunt opposito augis .d. q̃3 .h. ⁊ .i. sint eidẽ .e. in eodẽ igit epiciclo ꝓpter appropinquationem ⁊ remotionẽ a cẽtro mũdi pũcta stationũ: arcus directionis ⁊ retrogradationis variant: ⁊ iõ in tabulis ad accipiendũ stationẽ pmã in secũda significatione cũ centro vo fit ingressus. Ex quo etiã p3 qd inquit Alphagranus q qñ epiciclus est in opposito augis eccẽtrici planeta velocius retrogradat q̃3 eodẽ in auge existẽte. nã qñ est in opposito augis arcus retrogradatiõis minor est vt patuit q̃3 qñ est in auge igit in pauciori tẽpore planeta illũ pertransit. ⁊ ꝯsequẽter citius trãsit arcũ zodiaci: qui semp est equalis pꝰsupposita equalitate mot⁹ eccentrici.



¶ Secũda cã est q2 planeta quãto maiorẽ hẽt epiciclũ: tanto pũcta stationũ magis appropinquãt eidẽ opposito augis epicicli maiorato arcu directionis ⁊ minorato arcu retrogradatiõis: vt in centro .a. duos epiciclos .s. paruũ .b c d. ⁊ magnũ .e f g. describo. ⁊ a centro mundi .h. per coꝝ centrum lineaz h a. ꝓducã .c. ⁊ .f. punctis oppositoꝝ augiũ existentibus. ⁊ lineas epiciclos ꝯtingentes paruũ qdẽ .h b. ⁊ .h d. ⁊ magnũ .h e. ⁊ .h g. et semidiametris ꝓtractis .a b. ⁊ .a e. erunt per 17. tertij anguli .b. ⁊ .e recti: q̃re eq̃les. igit reliq duo anguli .h a b. ⁊ .a h b. eq̃les residuis duob⁹ .e a h. ⁊ .a h e. ex doctrina .32. pmi. sed q2 angulus .a h b. minor est angulo a h e. pars videl3 toto: erit ãgulus .h a b. maior angulo .e a h. ⁊ ꝯsequẽter per .25. tertij arcus .b c. ꝓportiõaliter maior arcu .e f. sed q2 duo arcus .c b. ⁊ .c d. equales sunt: ⁊ .f e. ⁊ .f g. similiter: erit totus arcus .b c d. maior arcu .e f g. ⁊ ex ꝯsequẽti puncta .b. ⁊ .d. stationũ ꝓpiquiora pũcto .c. opposito augis q̃3 .e. ⁊ .g. sint f. ⁊ hac de cã Uenus paruo tẽpore regredit respectu tẽporis eius directionis: q2 epiciclũ hẽt magnũ: Mercuri⁹ vo multo tẽpore ꝓportionaliter est retrogradus ꝓpter paruitatẽ epicicli eius. ¶ Tertia cã eiusdẽ est tarditas motus argumẽti hoc est tarditas motus planete in epiciclo: q2 l3 planeta sit in parte inferiori epicicli vbi mouet ꝯtra successionẽ signoꝝ: q2 tñ tardus est iste motus ⁊ superat a motu eccentrici sm ordinẽ signoꝝ: nõ regredit nisi fuerit prope oppositũ augis vbi velociter in epiciclo mouet ꝯtra successionẽ quare paruũ habebit arcũ retrogradationis ⁊ pũcta stationũ ꝓpinqua opposito augis. Et hec tertia cã .s. tarditas motus argumẽti iuuat a velocitate veri motus epicicli: vnde qñ planeta motu eccẽtrici sm ordinẽ signoꝝ velociter mouet ⁊ tarde motu epicicli ad oppositã partẽ paruo tẽpore regredit. vt videt in Marte. Et per oppositũ planeta tarde in eccẽtrico ⁊ velociter in epiciclo delatus multo tẽpore retrogradus est vt Saturn⁹. Juppiter vo quo ad ambas has cãs partiales medius est inter Saturnũ ⁊ Martẽ vt notuz est ex eoꝝ theorica. ꝓpter igit has tres cãs variant tempora directionũ ⁊ regressionũ nõ tm̃ in diuersis planetis verũ ẽt in eodẽ: q2 arcus ⁊ mot⁹ in illis in augmẽto ⁊ decremẽto varij sunt: vnde si libeat scire tẽpus in quo planeta directus est vel regredit: arcus directiõis per argumenti motũ in die diuidat ⁊ eodẽ mõ arcus regressiõis ⁊ qd exit est numer⁹ dierũ in quo planeta direct⁹ est vel retrogradus. Exempli cã arcus retrogradationis est .30. graduũ: ⁊ motus argumẽti ⁊ planete in epiciclo est singulis dieb⁹ .gra. vno: quare .30. dieb⁹ planeta mouebitur per dictũ arcũ cõtinue regrediẽdo. Et eodẽ mõ de arcu directionis dicat: quo tẽpus directionis planete per diuisionẽ eius per motũ argumẽti in die notuz erit: veluti




in tabulis operat̄. Et hoc voluit quādo dixit. erit enim tempus tale quo.s.planeta directe vel retrograde mo net cum arcus eius.s.directionis vel retrogradationis diuidit per motū argumēti.i.planete in epiciclo in dic. Circa dicta vnā regulā pro maiori declaratiōe cū ei⁹ rō ne hic expono:⁊ est q̄ centro epicicli equaliter ab auge remoto ad diuersas partes arcus directiōis ⁊ retrogra dationis vtrobiqz sunt eq̄les:⁊ pūcta stationū ab opposi to augis epicicli equaliter distant. pro qua declarāda ec centrici.a b c.describo cuius.a.aux eccētrici ei⁹ diame tro protracta:in qua centrum mundi.d.capiat̄:⁊ ab au g.a.duo arcus.a b.fm ordinē signoz ⁊.a c.econtra dico epiciclo in.b.⁊.c.ɔ̄stituto eq̄lia.a.supra.b.qdē Epiciclus e f g.supra.c.epiciclū.h i k.describo:⁊ ductis lineis per centra eoz a centro mūdi.d b.⁊.d c.⁊ cōtingentes.d e.d g.⁊.d h.⁊.d k.dico arcū.e f.equari arcui.h i.q̄ si nō:erit al ter altero maior:et sit e f.maior arcu.h i.quia ad eq̄litatē se cet i pūcto.l.⁊ ptra ctis lineis.l b.⁊.l d. qz arc⁹.l f.⁊.h i.sunt equales angulus.l b d.⁊.h c d.p.26.tertij erūt eq̄les:sz qz duo latera.b d.⁊.b l.triā guli.b d l.equantur duob⁹ lateribus.c d. ⁊.c h.triāguli.c d h. erit angulus.l.eq̄lis angulo.h.per.4.pri mi:sed qz anguli.h. ⁊.e.ambo recti per 17.tertij sunt eq̄les:erūt anguli.l.⁊.e.adinuicē eq̄les:qd 32.pmi iprobat̄:erūt igit̄ arc⁹.e f.⁊.h i.eq̄les:⁊ ɔ̄siter ar cus.e f g.eq̄lis arcui.h i k.qd est ppositū. Et hac de cā cū duplici cētro eq̄to fit igressus in tabulis stationū pma ⁊ eadē reperit̄ statio pma:pmus nāqz cētri ordo signifi cat pmā distantiā que.s.est fm ordinē signoz ⁊ secūdus secūdā ⁊ ɔtra ordinē signoz:que ambe sunt equales.



Ex dictis sequit̄ q̄ si statio prima subtrahit̄ a toto circulo remanet statio secunda:sed subtra cta statione prima a statione secunda arcus re trogradatiōis habebitur. Que si de toto circu lo demātur manet arcus directionis.

Ex dictis īfert rōnē canonū tabularū: vbi īuētā statio nē pmā pcipit̄ demi ex toto circulo:⁊ re manet statio 2ª.v.g. epiciclo.a b c d.exist te sit aux.a.⁊.c oppo situ statiōis pme pū ctū.b.⁊ secunde.d.a cētro toti⁹.e.ad sin gula loca lineis pdu ctis:qz ergo arc⁹.a b e.equat̄ arcui.a d c. a.c.diametro existē te ɔ̄ptis.b c.⁊.c d. eq̄libus(vt ex supe rius notū est).a b.⁊ a d.residua sunt eq lia.vnde idē sequit̄



si arcus.a b.statio.s.pma demat̄ ex toto circulo:ac si ar cus.a d.dēpta igit̄ statione pma.a b.vel ei equalēti.a d. secūda statio residua erit.a b d.qd est pmū. A qua statio ne secūda.a b d.statione pma.a b.ablata.retrogradatio nis.b d.arc⁹ restabit.qd est 2ᵐ. Quo habito ⁊ subtracto ex toto circulo.d a b.arcus directiōis habebit̄ qd est 3ᵐ bus qdē in tabulis ita operat̄ ad has planetarū passio nes reperiēdas per centrū verū reperit̄ statio pma.v.g. qnque signoz:qua dēpta ex toto epiciclo statio secunda a b d.septez signoz relinquit̄:q̄ si planeta reperiat̄ per eius argumētū minus distare ab.a.q̄ qnque signis non dū puenit ad.b.q̄re directus est.q̄ si plus distat septem signis trāsiuit.d.secūdā stationē ⁊ iterū directus est. Si aut plus qnque ⁊ minus septē ab.a.remouet̄ īter pmā ⁊ secūdā reperit̄ stationē:⁊ retrogradus ɔcludit̄. Et si qs desideret scire quāto tēpore retrogradabit aut directe mouebit̄:arcū regressionis vel pgressionis scire necesse est:qui mō quo dictū est reperiunt̄.

Luna tamen(quāquā epiciclū habeat)sicut in alijs quinque:statio siue retrogradatio non accidit propter velocitatem motus centri epi cicli eius. Semper enī centrū epicicli maiorez arcum zodiaci quolibet die fm successionē de scribit:q̄ sit arcus zodiaci correspondens ar cui epicicli:quē centrum corporis lune quocū qz die contra successionem in superiori parte epicicli perambulat. Uerumtamen eam:dum in superiori mediate epicicli fuerit:tardam:in inferiori velocem cursu necesse est.

Respondet in hac parte tacite questioni:posset nanqz quis rōnabiliter querere cū pgressio seu directio statio ⁊ regressio pueniāt pp̄ter epiciclū:⁊ luna hēat epiciclū: vt pz ex theorica eius:quare nunqz stationaria vel retro grada visa est imo semp directe moueri: Et respondēs ingt ad statione ⁊ retrogradationē nō sufficere epiciclū: sed requirit̄ vltra hoc q̄ planeta habēs eū moueat q̄si, qz veloci⁹ motu argumēti q̄ motu quē hēt cū eccētrici: in eccētrico nāqz semp fm ordinē signoz defert̄:si epici clus nō hēret motū velociorē motu eccētrici quo plus planeta ferat̄ ɔtra ordinē signoz q̄ in eccentrico fm:q̄ liter vnqz retrogradabit: similr si mot⁹ epicicli nō eque tur motui eccētrici ad partes oppositas(dictū est supe rius)planetā nunqz stare. Cū igit̄ mot⁹ eccētrici lune sit tante velocitatis:q̄ mot⁹ epicicli nō solū eū nō superat imo nō equat̄ neqz statiōaria neqz retrograda vnqz erit luna. Motui enī retrogrado epicicli paruus arc⁹ corre spondet in zodiaco respectu ei⁹ qui motui eccentrici de bet:sed qz motus epicicli etsi nō possit superare ⁊ vince re motū eccētrici:eū tn̄ diminuit.qn̄ luna est in parte su periori epicicli in qua ad occidētez in Epiciclo defertur tarda est:qz eccētric⁹ gr̄a exēpli.13.gradib⁹ mouet eā fm ordinez signoz:⁊ in epiciclo regredit̄ duob⁹ gradib⁹.q̄ re tūc mot⁹ eius tardus erit.xi.tm̄ graduū:ex quo minor est medio eius motu:sed qn̄ est in infima parte epicicli deferē fm ordinē signoz ⁊ ɔiungunt̄ duo mot⁹:eccētri ci.s.⁊ epicicli ad ptē eādē q̄re velox erit motu:qz supra 13.gra.mot⁹ eccētrici epiciclus addit duos gradus:⁊ mo t⁹ ver⁹ lune erit in h casu.15.g.velocior q̄ mot⁹ eccētrici.

Tardi dicuntur planete ⁊ minuti cursu cum linea veri motus eorum tardius q̄ linea medij motus:aut contra successionem incedit. Ve-

loces vō ⁊ aucti cursu quādo velocius ſm̄ successionem mouentur.

¶ Duas remanētes planetarū passiōes tarditatē videlʒ ⁊ velocitatē cōiter describit. ⁊ 2° duas alias velocitate ⁊ tarditate causatas explanat ibi [Aucti numero.] qd̄ i pª dicit̄ parte clarū est ex superius dictis. qꝛ qn̄ planeta in epiciclo cōtra ordinē signoꝝ mouet̄ vel velociꝰ vel tardius q̄ꝫ motu eccētrici tardꝰ dī. Si nāqꝫ motꝰ epicicli sit velocioꝛ planeta retrogradus erit: ⁊ tarde mouebit̄ ad partē ad quā debet imo et ad ptē ad quā mouet̄: ex quo motꝰ eccentrici opponit̄ motui epicicli retrogrado ⁊ epiciclus deficit a suo motu: vñ videmꝰ manifeste planetas regredientes tarde moueri cōtra ordinē signoꝝ: si vō motus epicicli sit tardioꝛ q̄ꝫ eccētrici ad diuersas tñ partes: tūc lʒ planeta sit directus tarde tñ mouet̄ ex quo minuit̄ motꝰ eccētrici: ⁊ iō minutus dī cursu. Sed qn̄ in epiciclo mouet̄ ſm̄ ordinē signoꝝ motu hoc addēte motui eccētrici tūc dicit̄ velox ⁊ auctus cursu.


¶ Aucti numero quādo equatio addit̄ sup medium motum. Minuti vō quando minuitur.

¶ Notificat alias duas passiōes ex tarditate planete cāsas ⁊ eiusdē velocitate: ex hoc eniʒ ꝙ planeta velox est: velocius mouet̄ q̄ꝫ linea mediꝫ motꝰ eiꝰ. q̄re linea ostēdens eius verū locū p̄cedit lineā mediꝫ motꝰ: vnde motui medio habito ad verū habendū eq̄tionē addere p̄cipiunt canones: vt claret per p̄cedētia: q̄re tūc auctus numero dī planeta supra eius motū mediū: qꝛ maioꝛe hēt gradūū ⁊ minutoꝝ numerū q̄ꝫ eiꝰ motꝰ medius. Auctio igit̄ numeri accidit post velocitateʒ. Sed planete tardi veri motꝰ licā lineā mediꝫ tardius mouet̄: q̄re linea mediꝫ motꝰ p̄cedit lineā veri motꝰ: ⁊ iō medio motui inuēto (vt verus hēat̄) eq̄tio ⁊ diuersitas īter eas demēda est canone p̄cipiente: quare planeta minutus dī numero. eo ꝙ minorē ꝯtinet gradūū numerū ⁊ minutoꝝ q̄ꝫ mediꝰ motus: continet nāqꝫ minus equatione. Et huiusmodi passio post tarditatē causatur.

¶ Aucti lumine cum recedunt a Sole vel Sol ab eis. Minuti vō lumine cum accedunt ad Solem vel Sol ad eos.

¶ Postq̄ꝫ determinauit Auctor de q̄nque passionibꝰ planetarū que absolute sunt in eis: in p̄ñti parte de eis p̄prietatibꝰ que in eis insunt per respectū: quē habēt ad alios: vnde ⁊ ipse respectiue passiones seu respectꝰ q̄daꝫ potius dicunt̄. Et tria facit: qꝛ primo agit de illis que in sex planetis īsunt per eoꝝ ad solē habitudinē multiformē. secūdo de illis que oībus cāunt̄ per diuersum situʒ ⁊ aspectū eoꝝ adinuicē. ibi [Aspectus planetarū.] 3° vō de p̄prietatibꝰ que soli ⁊ lune tm̄ insunt adinuicē in eis cāsis. ibi [Locus verus astri.] Pars p̄ma in duas iterū diuidit̄: in p̄ma quarū de p̄dictis determinat passionibus: in secūda ex dictis cuiusdā apparētie cām īferi. ibi [Triplex est rō.] Prima pars iterū in duas: in quaꝝ p̄ma de quodā planetaꝝ q̄litatiuo respectu. s. de lumine. secūda de respectu situali eoꝝ ad solē. s. ortu ⁊ occasu. ibi [Orientales.] Pro euidētia p̄me partis est notādū ꝙ ex cōmuni sn̄ia tam phōꝝ q̄ꝫ astrologoꝝ est solē lucere per essentiā. hoc est ꝙ lux sit eiꝰ forma intrinseca a nullo alio corpore in eo cāta: nā nullū nāle corpꝰ vnq̄ꝫ p̄ceptū est eo lucidiꝰ: qd̄ solē posset illuminare: nā tale illuminaret que obscura restāt solis absentia. cuꝫ igit̄ eius lux sit forma fluens ex p̄ncipio ⁊ substātiali forma nō recepta ab extrinseco dicit̄ per eēntiā lucere: que forma lux p̄p̄e non lumē: qd̄ est sp̄ēs intētiōalis lucis ex sn̄ia Alberti. 2° de aīa dicēda est. Alia vō astra an lumen hēant a se ⁊ a nullo receptū ita ꝙ luceāt per eēntia dubiū est apud p̄noiatos artifices. volūt nanqꝫ astrologi nullū de se lumē hēe sed tm̄ a sole sibi influi. qui si non eēt lucē nullā manifestarēt qd̄ ostēdūt ex eclipsi lune. que cū nō possit recipere lumē a sole obscurat̄ ⁊ nō lucet. si eni haberet lucē tāquā formā p̄priā ⁊ intrinsecā. nullo obstaculo extrīseco tēpore eclipsis ea p̄uaret̄. Cum igit̄ oīa astra sint eiusdē speciei sī linea a sole illuminat̄ ⁊ reliq 2° de celo ⁊ mundo: phī vō aliq oppositā tenēt partē. s. ꝙ astra alia a sole hēant lucē per essentiā ⁊ p̄cipue superioꝛa: rō quoꝝ est: qꝛ ex quo superioꝛa sunt nobilioꝛa īfimis astris vt ꝯcedunt ⁊ ipsi tenēt: nō videt̄ ꝯueniēs solē per eēntiā lucē hēre: ⁊ illa nō: cū sint nobilioꝛa. imo superioꝛa lucē habēt nobiliori mō q̄ꝫ sol. qd̄ ēt p̄bāt apparentia eclipsis lune: que cū nō accipiat eo tēpore lucem a sole lucet tm̄ p̄pria luce vt manifeste videmꝰ: ꝙ si sol videat̄ intēsius lucere est p̄pter magnitudinē eiꝰ ⁊ p̄pter p̄pinq̄tatē: a quo lʒ alia astra lumen recipiāt lucent tñ remisse. ¶ Quicq̄d tñ sit qꝛ in p̄sentiarū non est speculari que opinionū istarum verioꝛ sit qꝛ extra p̄positū hoc: ex vtraqꝫ opinione duo ꝯcludo. p̄mū solis lumē vel lucē potius intensiorē esse ⁊ maiorē q̄ꝫ oīum alioꝝ siderū: qd̄ ēt manifestat eo ꝙ diē sua p̄ñtia causat ⁊ luminositate quā cetera sidera in nocte agere nō p̄ñt. 2ᵐ ꝙ astra reliqua vel totalr̄ ab eo illuminant̄: vel lumen eoꝛuʒ ipsius lumine intendit̄ qd̄ luna manifestat eclipsata. Cū igit̄ ex p̄mo conclu so lumen solis sit lumīe alioꝝ siderū maius ⁊ intensius: sed lumē maius occultat minus ⁊ inuisibile reddit vt habet̄ ex 8ª p̄positione p̄me partis perspectiue: qd̄ etiā experimētū manifestat: stelle nāqꝫ in die nō apparēt a solis lumine occultate que eo absente in nocte vel ab aliquo existente in p̄funditate putei viderent̄: ⁊ eadē de cā candela ⁊ alia lumiaria de die nō lucēt. qua de re astra soli vicina que eo oriente oriunt̄ ⁊ eo occidente abscondunt̄: ab eiꝰ lumine offuscant̄ ⁊ videri non permittunt̄. quare tunc lumine minuta sunt nominata. Cum aūt ab eo distinguūtur ⁊ elongant̄. qꝛ ante oriri vel post occidere possunt: ⁊ eo absente videri ⁊ lucere ⁊ quāto magis elōgant̄ ab eodem depresso sub oriçonte: tanto magis supra terraꝫ eleuata sunt: aucta lumine dixerunt. ¶ Sed notādū ꝙ qn̄ sunt cū sole sidera ꝯiuncta: deinde separant̄: hoc duplr̄ accidere potest: vel qꝛ velocioꝛa sunt in motu q̄ꝫ sol vt Venus Mercurius ⁊ luna q̄re elōgant̄ a sole: vel qꝛ eo tardioꝛa vt Mars Juppiter Saturnus stelle fixe: ⁊ tūc sol ab eis elongatur: ideo hanc duplicem elongationem innuens dixit Aucti lumine. s. sunt planete ⁊ stelle etiaꝫ alie cum recedunt a sole vt luna Mercurius ⁊ Venus qui velociores sunt eo: vel sol ab eis scilicet a Marte Joue Saturno ⁊ stellis fixis qui tardioꝛis sunt motus q̄ꝫ sit ipse. Eodē modo quādo prius remota astra et coniungunt̄ dupliciter accidit: vel qꝛ existētia velocioꝛa accedunt ad solem vt luna Mercurius Venus: vel qꝛ tardioꝛa ⁊ sol accedit ad ea. Et ideo dixit Minuti lumine sunt cum accedūt ad solem vt velociores vel sol ad eos tardiores. ¶ De luna aūt pōt esse altera causa preter dictam sequens ex secūdo supposito. nā cum luna ab eo lumen recipiat vel totaliter vel intēsiue: ⁊ sit opaca: vt pʒ qꝛ solē ⁊ alia astra visa est eclipsare: nō illuminat̄ a sole ſm̄ se totā imo ſm̄ medietatē tm̄: que versus soleʒ est: eūqꝫ respicit per. 22. propositionem p̄me partis perspectiue. Cum aūt luna cum sole coniuncta est: ab eo illuminatur pars superioꝛ versus eum. sed qꝛ est in medio inter nos ⁊ solem alteram partem nobis ostendet que. s. non illuminat̄: quare nullo mō tūc videt̄ vt ostendit figura


a. Sed qñ ici pit ab eo elongari tūc magis illuminaẗ per partē iferiorē ṽsus nos q̄re tūc incipit apparere cornuta ⁊ lucere vt mōstrat figura. b. Sed qñ est solē opposita q꞉ tūc terra est i medio



solis ⁊ lune facies que ab eo illuminaẗ ṽsus nos est꞉iō totam luminosam nobis se ostendit꞉ vt claret per figurā c. ⁊ optime declarat Alphagranus differētia. 15. sui operis꞉ quare quāto magis luna a sole discedit tāto magis illuminatur ēt magis lumine plena diciẗ꞉ ⁊ quanto magis ei appropinquat tanto lumine minutior erit.

¶ Orientales ⁊ matutini cum oriuntur ante solem꞉ occidentales ṽo ⁊ vespertini cum occidunt post solem.

¶ Determinat de planetarū ad solē situali respectu ⁊ habitudine. s. de ortu ⁊ occasu꞉ ⁊ duo facit. nā p̄mo de eo in comparatione ad oriçontē. secūdo ṽo absolute de ortu ⁊ occasu eorum eliaco siue solari ibi ¶ Orientes ortu. ¶ Quia dictū est planetā simul existentē cū sole videri nō permitti꞉ sed eū abesse op꞉ q̄ nō pōt abesse a planeta nisi q꞉ vel planeta oriaẗ añ ortū solis꞉ ⁊ tūc videẗ꞉ vel q꞉ occidat post eūdem꞉ q̄re sole occasu astrū supra oriçontē videẗ. Si q̄dē ante ortuz solis videaẗ orientalis diciẗ ⁊ matutinus꞉ orientalis q̄dē꞉ q꞉ ante solē ortus videẗ꞉ ⁊ matutinus q꞉ in mane. Et tūc a sole cōtra ordinē signoꝝ minus elōgaẗ sex signis. Sed si astra post solis occasuz videanẗ occidentales dicunẗ ⁊ vespertini꞉ occidentales quidē q꞉ occidendo꞉ ⁊ vespertini q꞉ in vespere se manifestant꞉ ⁊ tunc necessuz est q̄ ab eo distent minus sex signis ſm ordinē signoꝝ. ¶ Sed lz in hac parte determinet de planetarū ad solē respectu꞉ q꞉ tamē ortus ⁊ hic ⁊ occasus est etiā in habitudine ad oriçontem hic accidit determiāre de ortu ⁊ occasu astroꝝ respectu oriçōtis. s. tam in oriçonte recto q̄ obliquo qualiter oriaẗ. Et primo in sphera recta꞉ cuius oriçon cuz secet in polis mūdi meridianū ⁊ ambo equatorē secādo causant angulos rectos꞉ eadē erit determinatio de eorū ortu in oriçonte recto ⁊ mediatione celi. i. motu eorū ad mediū celi ⁊ meridianū. Ideo quicquid de eorū mediatione celi moueẗ꞉ ⁊ de ortu ⁊ occasu in sphera recta itelligaẗ. Astroꝝ itaqz mediationem celi cū Alphagrano differentia. 23. q̄tuor regulis declaro꞉ quaꝝ p̄ma est꞉ si planeta vel astrū sit in ecliptica simul mediat celū cum gradu longitudinis in quo est꞉ vocat aūt gradum longitudinis pūctum ecliptice per qō trāsit circulus a polis ecliptice per locū planete p̄teriens꞉ talis nāqz punctus verum locū planete ostēdit ⁊ distantiā ab initio Arietis꞉ patet q꞉ exquo planeta ⁊ eius gradus longitudinis sunt in vna linea꞉ ⁊ vnus pūctus sunt꞉ quādo planeta erit in meridiano vel oriçonte recto ⁊ gradus eriā. ¶ Secūda regula si astruz sit in p̄ncipio Cācri vel Cap̄corni ⁊ si habeat latitudinē꞉ simul cū suo gradu celū mediat꞉ patet circulus qui ostendit locum longitudinis ⁊ gradum in hoc casu trāsibit per polos mūdi꞉ sed q꞉ per eosdē ⁊ meridianus transit dictus circulus videẗ cū eo ⁊ simul per planetā ⁊ eius graduz circulus meridiei transibit. ¶ Tertia regula si planeta extra hec loca sit i medietate que ē a p̄ncipio Cap̄corni ad finē Geminoꝝ habeat latitudinē septentrionalē p̄us mediabit celū q̄ gradus ei⁹. pz q꞉ plus septētrionalis est ṽsus occidentē. ergo q̄cq̄d ṽsus septētrionez ab ecliptica remoueẗ est magis ṽsus occidente ⁊ p̄us veniet in meridianū. Sed si in eadē medietate declinet ṽsus austrum꞉ tardi⁹ q̄ gradus eius celuz mediabit. q꞉ polus australis est ṽsus orientē. q̄re omne existēs ṽsus austrū ⁊ orienti magis propinquū꞉ celū tardius mediabit. ¶ Quarta regula. si planeta existens a p̄ncipio Cancri ad finē Sagittarij habeat latitudinē septentrionalē꞉ gradus suus p̄us q̄ ipse celū mediabit꞉ pz q꞉ polus septētrionalis orientē possidet꞉ quare omne qō septētrionale est erit orietale꞉ ⁊ ad meridianū tardius p̄ueniet꞉ q̄ si latitudinē habuerit meridionalē꞉ planeta citius mediabit celū q̄ gradus lōgitudinis꞉ q꞉ polus antarcticus est occidētalis q̄re ⁊ occidentale omne meridionale꞉ ⁊ in mediuz celi citius deueniet. ¶ In obliqua ṽo ortū ⁊ occasum planetaruz p̄portionales q̄tuor declarāt regule. quarū p̄ma est. In sphera omni obliqua si planeta latitudinē nō habeat cū gradu suo simul peroriẗ ⁊ peroccidit. pz h̄ ex p̄⁹ regula de celi mediatiōe. ¶ Scd̄a regula in p̄te cui⁹ latitudo vel poli eleuatio minor est. 24. gradib⁹ quātū polus çodiaci a polo mūdi est remot⁹ exquo ibi polus septētrionalis çodiaci oriẗ ⁊ occidit si planeta cū polo oriaẗ꞉ qō esse nō pōt nisi sit in q̄rta que est ab initio Libre ad finem Sagittarij simul cuz gradu suo longitudinis oriẗ꞉ qō pz q꞉ exquo tūc planeta est in oriçōte simul cū polo dicto꞉ oriçon trāsiēs per polū ⁊ astrū trāsibit ēt per locū astri꞉ simil'r planeta occidēs cum polo qō nō pot eē nisi sit in q̄rta que est ab initio Cap̄corni ad finē vsqz P̄sciū eundē hz gradū lōgitudinis ⁊ orit⁹. ¶ Tertia regula in eiusdē sphere situ polo septētrioāli existēte sub oriçōte planeta septētrioālis oriẗ post gradū ei⁹꞉ ⁊ occidit añ꞉ qō pz q꞉ cū polus septētrioālis sit sub terra quāto aliq̄d ei vicinaẗ ⁊ septētrioale magis fit꞉ tāto magis fit sub oriçonte꞉ q̄re tardi⁹ oriẗ꞉ ⁊ citi⁹ occidit. Ecōtra eo casu australis oritur añ ⁊ occidit post. q꞉ polus australis oppositus erit supra oriçōte꞉ q̄re quāto planeta magis ad eū appropinquat. tāto magis eleuat⁹ supra terrā citi⁹ ortū꞉ ⁊ occasuz tardi⁹ hēt. ¶ Quarta regula in sphera eadē polo p̄noiato supra oriçōte existēte septētrioalis planeta oriẗ añ ⁊ occidit post gradū lōgitudinis ei⁹. pz. nā q꞉ polus est supra terrā quāto et planeta magis appropinq̄t tanto magis eleuat⁹ supra oriçōtē꞉ citi⁹ ortū ⁊ occasuz tardi⁹ petit. Et per oppositū planeta meridiōalis꞉ q꞉ polus antarcticus tūc est sub terra magis dep̄ssus est. q̄re tardi⁹ oriẗ ⁊ occidit citi⁹. ¶ In sphera ṽo obliq̄ cui⁹ latitudo maior est q̄ 24. gradib⁹ oēs stelle septētrionales oriunẗ añ q̄ gradus ⁊ occidūt post꞉ pz q꞉ septentrionalis polus semꝑ eleuat⁹ est supra terrā꞉ q̄re quāto magis ei appropiquāt stelle꞉ tāto altiores ascendunt citius ⁊ tardius descēdūt. Ecōuerso australes stelle tardius oriunẗ ⁊ occidūt citi⁹ q̄ gradus꞉ patet q꞉ polus meridionalis nunquā oriẗ꞉ q̄re ei p̄pinqua sidera magis depressa eleuationē habēt tardiorē ⁊ velociorē sub oriçonte dep̄ssionē. ¶ Secūda regula planeta existens in Cancri vel Saturni p̄ncipio꞉ si septētrionalē habeat declinationē꞉ tāto tēpore oriẗ ante gradū sue longitudinis quāto post eū occidit꞉ pz q꞉ exq̄ similis stella in sphera recta simul oriẗ ⁊ occidit cū gradu suo꞉ ⁊ oriçon declinis eq̄l'r dep̄miẗ sub oriçōte recte tā ṽsus orientē q̄ occidētē꞉ tēpora quo añcedit in ortu꞉ ⁊ sequiẗ in occasu eq̄nẗ. Et rōne eadē per oppositū tamē australis stella in eisdem locis cōstituta tanto tempore



post gradū oritur: quāto eū ante occidet: q2 orizon obliquus equaliter eleuatur tam versus orientem q̄ occidentem ex sphera recta versus austrū. ¶ Tertia regula si planeta sit i zodiaci medietate que est ab initio Capricorni ad finem Geminorū maior diuersitas est inter planetam ⁊ gradum in ortu q̄ in occasu in vtraq3 latitudine: hoc est planeta septentrionalis multo tempore orit̄ ante gradum q̄ occidat post. Et australis longiori tempore oritur post gradum q̄ ante ipsū occidat. Qđ etiā patet per declarata de mediatione celi. Et maxima huiusmodi diuersitas accidit si planeta sit in fine Pisciū ⁊ initio Arietis. ¶ Quarta regula: planeta existens in medietate zodiaci que est ab initio Cancri ad terminū Sagittarij maior est diuersitas inter occasū eius ⁊ gradus q̄ inter ortus amborum cuiusq3 sit latitudinis: hoc est planeta septentrionalis lōgiori tempore occidit post gradum q̄ ante ipsum oriatur: ⁊ australis longiori quoq3 tempore occidit anteq̄ oriatur post. nam maius tempus intercipitur inter eorū occasus q̄ inter ortus: que omnia longiori oratione non declarantur cum sphera materialis hec omnia manifestat ei: qui in ea paruū est instructus. ¶ Et notandum q̄ quecunq3 dicta sunt de stellis errantibus: ⁊ de fixis etiam astris verificantur in sphera vtraq3 quācūq3 habuerint latitudinem: q̄ si nō habeant cum gradu longitudinis simul eorum quodlibet oritur occidit ⁊ mediat celum. Et regule hee Alphagrano breuiter ⁊ intricate enarrate bene notent̄: q2 vniuersales sunt ad scientiam ortuum ⁊ occasuum astrorū latitudinem habentium maxime deseruientes.

¶ Orientes ortu matutino sunt qui de sub radijs exeuntes propter remotionem eorum a sole vel solis ab eis mane ante ortum solis apparere incipiunt. Orientes ortu vespertino sunt qui de sub radijs exeuntes propter remotionē eorum a sole: vesperi post solis occasum apparere incipiunt. Occidentes occasu matutino sunt qui radios solis ingrediuntur ⁊ propter accessum eorum ad solem mane occultari incipiunt. Occidentes autem occasu vespertino sunt qui solis radios ingrediuntur: ⁊ propter accessum eorum ad Solem aut Solis ad eos vesperi post solis occasum incipiunt occultari. Tres superiores nō occidunt occasu matutino: nec oriuntur ortu vespertino: sed Venus ⁊ Mercurius atq3 luna.

¶ Planetarum ortus ⁊ occasus eliacos siue solares consequenter prosequitur determinare. Ex quo nāq3 supra claruit iunctos planetas cum sole lumine priuatos esse ⁊ non videri: ideo occasos occasu eliaco. i. solari: ab eo vō remotos ⁊ lumine auctos videri ⁊ ortos eē ortu eliaco ⁊ solari: quando planeta iunctus est soli ⁊ consequenter occasus: si a sole elongatus in mane videri incipiat oriens dicitur ortu matutino: oriens quidem q2 a sole remouetur ⁊ videtur ortu matutino q2 in mane in orizonte ante solem ortus videtur. Remouetur autem planeta a sole dupliciter: vel q2 cum sole iunctus velocior existit ab illo elongatur: vt Venus ⁊ Mercurius regrediendo. ⁊ ideo dixit propter remotionem eorum a sole: vel q2 sit tardior sole ⁊ sol ab eo elongatur ⁊ ideo addidit vel propter remotionem solis ab eis: vt. a Saturno Ioue Marte. Exempli causa in p̄senti figura cuius orizon est. a b. in puncto. a. Venus ⁊ Mercurius sint coniūcti cum sole: qui retrogradantes perueniant in. c. quare cum orientur ante solem in mane versus orientem incipiem videri per remotionem eorum a sole. Sed si tres superiores cum eodem in. a. sint coniuncti: deinde q2 sol velocius mouetur in. d. perueniet: illi prius ortum habebunt q̄ sol ⁊ in mane videri incipient: ⁊ ortu matutino per remotionem solis ab eis orientur. ¶ Sed quereret aliquis nonne tres superiores etiam regrediendo a sole elongari possunt. verbi gratia si coniunctio eorū fiat in. a. possunt regredi in. c. quare fient orientes ortu matutino non tn̄ per remotionem solis ab eis: immo etiā per remotionem eorum a sole vt Venus ⁊ Mercurius. Dicitur q̄ cum tres superiores coniunguntur soli sunt in parte superiori epiciclorum eorum semper: vt ex eorum theorica liquet: nunq̄ retrogradi possunt esse: immo velocissimi sunt s̄m ordinem signorum: quare non possunt retrogradari: ⁊ a sole remoueri in illo casu: Venus autem ⁊ Mercurius q2 soli per directionem ⁊ regressionem coniungi possunt: ⁊ eo sunt motu velociores vt bene dicit Alphagranus: ab eo elongari possunt versus occidentē ⁊ oriri vt dictū est. ¶ Si planeta soli coniunctus q2 velocior est eo ab illo versus orientem separetur: ⁊ consequenter sole occasu remaneat supra orizōtem ⁊ de sero videatur: oriēs dicitur ortu eliaco ortu vespertino q2 in vespere apparet. ⁊ huiusmodi sunt tres iferiores luna ⁊ Mercurius Venus directi: que sole velociores sunt: quare ab eo remouēt̄ur. Exempli causa in eadem figura: Venus Mercurius ⁊ luna cum sole in occidente. b. coniunguntur: qui post in. e. motu proprio moueantur: q2 velociores in sero post occasum solis supra orizonte remanentes videbūtur. Nec dixit vel propter remotionem solis ab eis: q2 nunq̄ sol retrogradatur neq3 ad occidentem mouetur ꝓprio motu. ¶ Sed si planeta remotus a sole ⁊ ortus q2 velocior sole ei iungatur ⁊ occidat: cum prius in mane videretur, ⁊ tunc desinat appareri occidens eliace dicitur occasu matutino: cuiusmodi sunt luna Mercurius Venus. vbi gratia sint prefati in. c. sole in. a. morante in mane videntur: q2 autem veloces sunt in. a. ferētur: ⁊ iuncti desinēt videri in mane hoc est amittunt apparitionem quam in mane habebant: vt p3 lunam ante coniunctionē de mane videm⁹. ¶ Si vō planeta appareat in vespere: deinde q2 soli cōiungitur de vespere desinit videri occidens dicitur occasu vespertino hoc est q2 in vespere amittit apparitionem quā tunc habebat. Planetam aūt a sole distantem ei coniungi dupliciter contingit: vel q2 existentes velociores ad eum moueantur vt Venus ⁊ Mercurius regredientes: ⁊ ideo dixit propter accessum eorum ad solem: vel quia sint tardiores: et ab eis sol elongatur: vt sunt tres sup̄iores Saturnus Iuppiter ⁊ Mars: ⁊ ideo

subiungit

subiungit ant sol ad eos. Exempli. sole in .b. existente sit Venus et Mercurius in .e. in sero post occasum solis visi: qui regredientes in .b. moti desinunt videri et occidunt. Similiter tres superiores in .e. in sero apparent: sol autem existens in .b. eos occultat et abscondat per accessum eius ad eos occident eliace: quare patet tres superiores oriri tm̄ ortu matutino et occidi occasu tm̄ vespertino. luna vo ecōtra oriri tm̄ ortu vespertino: qr in sero post coniunctionem apparet: et occidi tm̄ occasu matutino: cum in mane videatur ante coniunctionem. Venerē et Mercurium utroque modo et oriri et occidi notum est. ¶ Notandum est autem: ꝙ et si dictum sit planetas eliace oriri et occidi tam matutine ꝙ̄ vespertine: non tm̄ excluditur stellas fixas etiam hoc modo oriri et occidi: immo stelle tales que sunt prope signiferum qr tardiores sunt sole: ortu matutino oriuntur: et occidunt vespertino occasu sicut et tres planete superiores: et denique in omnibus dictis cum hys ille conueniunt: sed stellarum fixarum a zodiaco multum distantium ortus et occasus variantur et diversi sunt ab illis triuz superiorum. Et ideo pro sententia Alphagrani differentia .24. tribus regulis eos exponam. Quarum prima est. Stelle fixe que polo mundi aquilonari magis appropinquant ꝙ̄ sit eleuatio eiusdem poli in regione illa: nunꝙ̄ sub oriçonte demerguntur: sed ante ortum solis videntur et post occasum eiusdem similiter: quare a sole neque in mane neque in vespere absconduntur: et consequēter nunꝙ̄ eliace occidūt. Stelle vo que polo meridiano tm̄ vicinantur quantus polus ille sub oriçonte depressus est: nunꝙ̄ supra oriçontē eleuantur: neque supra terrā apparent: quare neque eliace oriri possunt immo semper occase remanent. ¶ Secunda regula. predicte stelle a zodiaco elongate soli coniuncte sm longitudinem: si latitudinem habeant septētrionalem neque occasu matutino neque vespertino occidunt: immo orte sunt ortu utroque: patet qr oriūtur ante solem: quare eliacum habent ortum matutinum: et occidunt post eundem: quare videntur in vespere et ortum habent vespertinum. Oppositum autem intelligendum est de stellis australem habentibus latitudinem: qr occasu utroque occase sunt: nam qr oriuntur post solem (ut per predicta notum est) matutinum habent occasum: et qr ante cum occidunt occasum retinent vespertinum. ¶ Tertia regula sole iuncto cum gradu occasus cuiuscumque eorum: illa occidit occasu vespertino: et separato seu elongato a gradu ortus oritur ortu matutino: sicut tres superiores quando iunguntur cum eodem per gradum longitudinis vel remoti sunt: et voco gradum ortus alicuius astri punctum ecliptice orientem cum illa stella: et similiter gradum occasus eiusdem punctum occidentem quando occidit. Qd̄ patet: qr sol si sit simul cuz gradu occasus occidit cum gradu et cum stella: quare stella que prius in vespere videbatur: desinit apparere et eliace occidit occasu vespertino. Similiter codez separato a gradu ortus versus orientem stella orietur prius eo et consequenter gradus etiam: quare in mane incipiet videri et ortu orietur matutino.


¶ Triplex autem est ratio cur luna post coniunctionem suam cum sole quandoque citius quandoque tardius apparent. Una declinatio sive obliquitas zodiaci et orizontis. Nam si fit coniunctio sub ecliptica in medietate tamen a fine Sagittarij ad finem geminorum: tunc cum sol occidendo in orizonte fuerit: plures gradus erunt in circulo reuolutionis lune a luna ad orizontem ꝙ̄ de zodiaco a luna ad solem. Unde in climatibus septentrionalibus citius videri poterit ꝙ̄ si fuisset in altera zodiaci medietate. ¶ Secunda est latitudo lune ab ecliptica. Nā si post coniunctionem mouetur in latitudinez septentrionalem: iterum citius videri poterit ꝙ̄ si moueueretur in latitudinem meridianaz. ¶ Tertia vo est velocitas motus lune veri. Nam si velox est motu citius apparet ꝙ̄ si tarda foret. Fit igitur quandoque ut omnes hee cause concurrant: tunc eodem die et vetus et noua apparet: quandoque autem due tm̄: tunc secunda die post coniunctionem: quandoque vo una sola: tunc in tertio die videt: quandoque etiam omnium eorum oppositum accidit: tunc quarto die contingit eam apparere.

¶ Ex dictis infert causas cuiusdam apparentie. Dictum est enim astrum post coniunctionem cum sole ab eo elōgari et lumine auctuz oriri eliace. Posset aliquis querere quare est ꝙ luna post coniunctionem quandoque citius ut in primo vel secūdo die: quandoque vo tardius ut in tertio vel quarto oritur eliace et videtur. Et soluens hoc probleuma reddit tres causas: quaruz prima est obliquitas zodiaci et oriçontis: quare signa aliqua oblique et aliqua directe ascendunt: similiter et descendunt: unde nō sufficit ad hoc ut astrum possit videri qd̄ ab eo sit remotum: immo supra oriçontem debitam eleuationez (que postea dicetur) debet habere. Et qr cum fit coniunctio luminarium in ea zodiaci medietate que est ab initio Capricorni ad finem Geminorum directe videlicet descendente precipue in Piscibus et Ariete quorū descensiones maxime sunt in sphera obliqua: tunc luna magis erit supra oriçontem occidentalem eleuata et distans ꝙ̄ a sole propter descensum directū illius medietatis: quare tunc citaz habebit apparitionē. Et hoc innuit quādo dicit ꝙ luna a sole occasu separata ita erit eleuata supra oriçontem ꝙ plures gradus erunt in circulo reuolutionis lune. i. an circulo causato ab ipsa luna motu ꝑmi mobilis una reuolutione completa: de ipso ergo plures gradus erunt a luna ad oriçontem ꝙ̄ ab eadem ad solez de zodiaco. Et qr quāto clima est septentrionalius tāto maioratur reuolutionis circulus ab ea ad oriçontem ꝑpter augmentum descensionis dicte medietatis: ideo in climatibus septentrionalibus citius apparebit: ꝙ si predicta cōiunctio fieret in reliqua medietate ab initio Cācri ad finem Sagittarij: qr ea obliquā habet descensionem: ab oriçonte luna parum eleuata erit et consequenter de circulo reuolutionis a luna ad oriçontem pauciores erunt gradus ꝙ̄ de zodiaco a luna ad solem: tardius post coniunctionez luna eliace orietur. Et lz in materia de sphera luce clarius hoc declaretur: figura tamen plana ita ostendi potest ut sit polus arcticus .a. obliquo oriçō b c d e. zodiacus .d f. fiat coniunctio in .d. initio Arietis a quo luna in .f. principiū Tauri moueatur. Circulus reuolutionis eius erit .f c. equidistans polo .a. hoc est luna existens in .f. occidet in puncto .c. et manifestuz est arcū f c. ob oriçontis depressionem in .c. esse maiorem ꝙ̄ distantia lune a sole .f d. cum igitur ea multum sit eleuata a loco eius occasus .c. cito videbit: et tāto citius quan-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA



vo oriçon in.e. magis deprimitur qd̄ accidit in loco septentrionali magis. in alia autem figura si prefata coniunctio fiat in principio libre.d.inde luna moueat̃ in f.initium Scorpionis erit circulus reuolutionis lune ab ea ad occidendi locū.f c.qui minor est distantia eius a sole arcus f d. q̄re luna parū ab oriçonte sit eleuata. nō videbit̃: et si eq̄lis sit remotio a sole hic ⁊ in exēplo priori: citius tñ videbit̃ pᵒ piunctionē



factā in signis directe descensionis q̄ȝ in signis descendētibus oblique: qꝛ ibi ab oriçonte eleuatur magis q̄ȝ hic. ¶ Et hac rōne Alphagranᵘ differētia.25.aliā saluat apparentiā: videmus nāqȝ quandoqȝ post coniunctionem lunam cornutam habere cornua eleuata versus çenith capitum: quandoqȝ vō cornua habet reflexa alterū versus çenith ⁊ reliquum versus oriçontez. Ratio p̄mi est qꝛ coniunctio facta est in signis ascensionum rectarum: vnde dicit circulum signorum ibi esse directuȝ.i.directe descendentez: quare pars lucens magis grossa lune erit versus oriçontem ⁊ versus solem: ⁊ cornua eleuata v̄sus çenith.g. vt patet in p̄ma figura: in qua qꝛ sol est in.d.luna in.f.partem mediam versus.d.⁊ cornua versus.g.çenith verget. Ratio vō secūdi est qꝛ coniunctio facta est in signis oblique descentibus: ⁊ qꝛ pars grossa lune existētis.c f. versus solem in.d.vergi debet: qꝛ inde illuminatur: cornuum alterum versus.g.çenith: reliquum vō versus.e.oriçontem erit situatum: qꝛ in oriçonte çodiacus oblique ⁊ reflexe situabitur. oīa hec que dicta sunt sphericum instrumentum clarissime demonstrat: ideo in huius declaratione hec sufficiant. Et sic ꝓblematis ꝓpositi causa p̄ma explicata est. ¶ Secunda causa est si luna in latitudine septentrionali sit vel moueat̃ citius orietur eliace q̄ȝ si australem haberet. Et causa est qꝛ quāto magis versus septentrionem oriçon obliquius tāto magis sub recto deprimitur: ⁊ versus austruȝ magis eleuatur: quare quanto luna magis septētrionalis est tāto reuolutionis circulus ab ea ad oriçontem maior est: ⁊ quanto australior: tāto ideȝ circulus minor: vt sphera optime manifestat in qua re si cōiunctio sit in capite in qua luna acquirit septentrionalē latitudinem: videbit̃ citius q̄ȝ si in austro cauda in qua incipit australem adipisci latitudinem. ¶ Tertia causa est velocitas motus veri lune vel tarditas: quando nāqȝ velox est: in paruo tempore elongatur a sole elongatione ad hoc vt videatur sufficiente: ⁊ quando tarda in multo tempore candē acquiret elongationem aut equalem: quando ergo post coniunctionē velox est: cita erit in ortu eliaco. Sed qñ tarda videbitur ⁊ tarde. vnde aliquando cōcurrunt oēs tres cause dicte.s.ꝙ sit coniunctio in signo descendente directe. verbi gratia. in principio Arietis. 2ᵒ ꝙ sit ab ecliptica maxime distans versus septentrionem. ⁊ tertio ꝙ velociter moueatur.15.gradibus in die: ⁊ tunc die eodeȝ post coniunctionem apparebit.i.infra numerum horarum.24. vnde textus est corruptus: cum dicat eodē die vetus ⁊ noua apparebit: qd̄ verum non est: cum luna vetus.i.ante coniunctionem videat̃ in oriente: ⁊ cum suppositum sit esse in signis directe descensionis: erit oblique ascēsionis: vt ex principijs astronomie de ortu ⁊ occasu signorum presupposito: quare circulus reuolutionis lune ab ea ad oriçontem minor erit q̄ȝ ab ea ad soleȝ de çodiaco. non igitur eodem die videbit̃ in mane in oriente ⁊ in vespere in occidente. Etiaȝ si per possibile in mane ante coniunctionem esset in signo recte ascēdente vt in libra ⁊ in vespere post coniunctionem in signo descēsionis recte vt in Ariete nō posset in tam breui spatio tēporis videri ante coniunctionem ⁊ post: quare indico literam vt iacet saluari non posse: nisi intelligatur eodeȝ die.i.in spatio.24.horarum vetus existens ⁊ noua appareat.s.in vespere. Et hoc conuenit dicto Alphagrani differentia.25. vbi posita prima causa inquit si coniunctio fiat in signis prolixatum ascensionum in circulo recto vt sunt Gemini Cancer Sagittarius Capricornus: ⁊ fuerit luna in cursu velox ⁊ latitudo septentrionalis a circulo signorum: erit vt videatur in fine mensis.s.lunaris mane in oriente: postea videatur in crastino bicornis in vespere: non igitur eodem die noua ⁊ vetus apparet imo vetus in mane ⁊ noua in vespere alteriᵘ diei. Sed quando harum causatum quecūqȝ sint due tm̄ concurrunt: nō eodem die orietur sed 2ᵒ. Si vō vnica accidat tertio die. si omnium contingat oppositum: quarto videbitur die. ¶ Aduertendum est autem f̄m Alphagranū loco allegato ꝙ ceteris paribus post coniunctionem ad hoc vt luna videat̃ sole occasu: oportet habere circiter 12.gradus ab oriçonte altitudinis. Sed si fiat cōiunctio in signis velocis descensionis cum minori hac apparebit: ⁊ maiorem requiret si fiat in signis descensionis tarde. Cuius ratio est. Si luna sit in signis ascensionis oblique ad hoc vt habeat altitudinem dictaȝ a loco eius occasus oportet vt a sole multum sit elongata: ⁊ consequēter vt supra patuit multum illuminata: ⁊ f̄m magnam partem quare eius magna pars illuminata aget vt conspiciatur ex minori altitudine: quando vō est in signis directe descendentibus ad hoc vt.12.graduum habeat eleuationum nō requirit magnam distantiam a sole immo modica sufficiens est: quare tunc parum luminis habebit: ⁊ ideo non videbitur nisi defectus luminis augmēto altitudinis supleatur. Et hac de causa quandoqȝ post coniunctionem parum eleuata ⁊ multi luminis videtur quandoqȝ vō multum eleuata ⁊ modici apparet luminis primi causa est: qꝛ luna est in signis obliquaruȝ descensionum: in quibus existens parum ab oriçonte ⁊ a sole multum est elongata: ideo plena videbitur lumine. secundi vō causa est qꝛ est in signis rectarum descensionum in quibus luna existens ab oriçonte est multum eleuata ⁊ a sole modicum distans ideo luminis erit diminuta. ¶ Secūdo est notandum: ꝙ illud qd̄ dictū est de cita seu tarda lune post ꝯiunctionē apparitione itelligendū est ēt de eius cita vel tarda apparitiōis definitione in oriente añ ꝯiunctionē ⁊ eius occasu matutino. Nā cum ante coniunctionem in oriente videatur si fiat huiusmodi

iusmodi cōiunctio in medietate signiferi que est ab initio Cancri ad finem Sagittarij signis videlicet directe ascendentibus: qꝛ maior est portio circuli revolutionis lunc ab ea ad orizontem q̄ de zodiaco ab eadem vsq3 ad solē tardius ante coniunctionez desinet videri: vnde videbitur parum ante coniunctionem. q̄ si in reliqua medietate acciderit: cuius signa qꝛ oblique ascendunt causa hec cōtrario modo se habebit. Secūdo si luna latitudinem habeat septentrionalem propter causam proportionalem tardius videri desinet q̄ si meridianam. Et tertio si motus sit velocis. vt etiam claruit. quare fit q̄nq3 primo die ante ꝯiunctionē: q̄nq3 2° desinet videri: aliquādo 3° ⁊ 4° eliacū occasum acquiret ꝑpter conversum pluriū harū causarū vel paucioꝝ. ¶ Tertio est notandū ſm Alphagranū dīntia. 26. q̄ nō tm̄ luna post ꝯiūctiōe q̄nq3 tardi⁹ ⁊ q̄nq3 veloci⁹ appet: ⁊ añ ꝯiunctionē tardi⁹ ⁊ citius desinit videri. imo ēt alij quinque planete hāc habēt diuersitatē: tres nāq3 supmi planete ꝑpter duas tm̄ cās post cōiunctionē in oriente citius apparēt: p° qꝛ ꝯiūctio facta est in signis directe orietib⁹: ⁊ per 3ᵐ tarde vident̄ qñ facta est in signis obliquarū ascensionum. Et ita ꝑportionaliter in occidente cito vel tarde possunt apparitionem amittere. scḋa si latitudinem habeant borealē citius oriunt̄ eliace: ⁊ si meridianā tardius: ⁊ de occasu suo mō intelligat̄. tertia v° causa velocitas. s. motus in eis locū nō reperit: qꝛ semꝑ prope coniunctionem sunt in suprema parte epicicloꝝ eoꝝ ⁊ directi: nunq̄ enī tarde mouent̄ eo casu nisi tarditatē hēant ⁊ velocitatē causa eccentrici: que qꝛ insensibilis est non facit variationem. Uenus aūt ⁊ Mercurius tardius ⁊ velocius oriri possunt eliace similiter ⁊ occidi ob duas dictas causas: ⁊ vltra ꝑpter tertiā. nā ex quo soli coniungi possunt directi ⁊ retrogradi: siquidē directi qꝛ mouentur ad partem eandem ad quā ⁊ sol modicū ab eo elongant̄ quare tardius oriunt̄. Sed si regrediant̄: qꝛ sol ſm ordinē signoꝝ: ⁊ ipsi contra mouent̄ elongatio geminatur: quare velocius oriunt̄: ortus igit̄ eoꝝ matutinus cęteris existentibus equalibus (qꝛ est post regressionē) citius fit q̄ vespertinus qui progressionez insequit̄ eoꝝ. Et eadē ratione occasus vespertinus tardius fit q̄ occasus matutinus.

¶ Aspectus planetarum trinus est cum per tertiam partem. Quadratus cum per quartam. Sextilis v° cum per sextam ecliptice partem eorum vera loca distiterint. Cōiunctio media planetarum fit quando linee mediorū motuū eorum ſm longitudinem zodiaci coniungunt̄. Uera autem quando linee verorum motuum sic conueniunt. Sed visibilis quando linee ab oculo nostro per centra corporū suorum educte coniunguntur in vnum. Similiter de oppositione media ⁊ vera dicendū. Et attendūtur he in eisdem signo gradu ⁊ minuto.

